Et an idem sit dicendum in colono ciuitatis vel ecclesiæ, vide dict. glo.5. in principio.
Colonus in quibus casibus ab emptore rei sibi conductę expelli non possit ante finitum tempus, vide.d.gl.5.
Et an idem sit dicendum in colono partiario & qua ratione, vide ibidem col.2.in fine cum principio sequenti.
Colonus excipere potest contra emptorem rei sibi conductæ si vellit illum ante tempus expellere si pactum factum fuit inter ipsum & locatorem de non expellendo ante tempus, vide ibi glossam sextam.per tex.ibi.
Colonus qui ad decennium conduxit an ab emptore illius rei expelli possit ante tempus, vide gl.7.ibi.
Colonus si tempore locationis finito retineat rem per tres dies tunc reconduxisse videtur & quando, vide glossam tertiam.&. 4.l.20. per tex.ibi.
Colonus non habet ius in fructibus fundi donec separentur a fundo, vide dictam glossam quartam.columna secunda.in medio.dict.l.20.
Colonus & emptor fructuum an assimilentur vel differrãt inter se & in quibus, vide ibidem.
Et an idem sit dicendum in predio vrbano quod in rustico, vide gloss.6. dict.l.20.
Colonus si in re conducta inquietetur an dominus teneatur si potuit prouidere & non fecit, vide gl.1.l.21.ibidem.
Et qualiter lucrum istud in colono debeat considerari, vide ibi glossam secundam.
Colonus qui ad decennium conduxit an propter sterilitatem possit petere mercedis remissionem, & quid si pensio soluitur in pecunia & an tunc proprie dicatur locatio vel contractus innominatus, vide glos.2. l.22.tit.8.par.5.
Et an pro omnibus casibus fortuitis sit locus remissioni solutionis propter sterilitatem, vide ibi glo.3.&.4.
Colonus si colligat ex fundo conducto dimidiam partem eorum fructuum qui soliti sunt collegi an tunc possit sterilitatem allegare vt sibi fiat remissio mercedis, vide per glo.8.d. l.22.
Et quid si fructus consistebant in frumento & oleo & vnum perdat aliũ non, vide.d.gl.8.in fin.
Et qualis esse debeat hæc sterilitas, vide.ibi gl.9.
Colonus si decimas non soluit an possit propter sterilitatem remissionẽ mercedis petere, vide ibi in glo.10.
Colonus an propter sterilitatem potest remissionem mercedis petere si in anno præcedenti ad fuit vbertas, vide gl.2.l.23.ibi.
Et an idem sit siue sit annus immediate sequens siue interpolatus, vide ibidem in glo.3.
Colonus an ad maiores reditus teneatur quando res sibi cõducta aliquo fortuito casu fuit augmentata & quando sic, vide ibi.glo.6.
Colonus an possit petere expensas quas fecit meliorando rem sibi conductam & quales & quando, vide gl.1.l.24.ti.8.par.5.
Colonus si fugit an à domino propria authoritate capi possit, vide glo.1. l.10.tit.15.part.5.
Colonus principis an possit esse tutor. vide glo.6.l.4.ti.16.par.6.
Colonus siue partiarius siue qui numis collit an possit contra furem actionem furti intentare, vide gl.7.l.12.ti.14.par.7.
Et quid si fructus iam erant collecti, & quid si nondum erant diuisi, vid. ibidem.in glo.8.&.9.
COLLVSIO vbi timetur tũc res quæ venditur debet prius subhastari, vid.glo.3.l.52.tit.5.par.5.
COMMENDATARIVS cui per Episcopum fuit ecclesia commendata, an possit ab ipso Episcopo remoueri quando ipse velit, vide glo.1.l.4.tit.16.par.1.
Et quid si talis commendatarius habeat aliam ecclesiam seu beneficium vid.ibidem.
COMMENDATORES Sancti Iacobi, & alij an gaudeant priuilegio clericorum, vid.glo.1.l.1.tit.7.par.1.
Commendatores maiores ordinum dicuntur illustres, gloss.3.l.11.titul.5. partita.3.
COMMENTARIENSES qui dicantur, vid.gl.4.l.16.tit.1.p.7.
Et de hoc, vid.in verb. CVSTODES CARCERVM.
COMMISCERE an liceat venditori aliquid cum tritico vendito. vel triticum corruptum cum incorrupto, vid.glo.2.l.11.tit.7.par.5.
Et quid de commiscente ceram corruptam cum incorrupta, an dicatur ceram falsare, vid.d.glo.2.
COMES an legem facere possit, vid.glo.2.l.12.tit.1.par.1.
Et quis dicatur comes & vnde dicatur, vid.glo.7.l.11.tit.1.par.2.
Comes Palatinus abusiuè dicitur Comes, vi.d.gl.7.in fi.& etiam in gl.8.
Et an in illa dignitate Comitatus possit succedi iure hæreditario, vid.gl. 1.l.2.tit.1.par.2.
Et quid si ibi detur terra seu villa cum titulo Comitis, an videatur sibi data iurisdictio etiam si in priuilegio dictum non sit, vide glossam secundam.dict.l.12.
Comes seu Marchio, an possit leges condere vel statuta sine populi consensu, & quando sic. vid.glo.5.d.l.12.
Comites sunt de consilio Regis.glo.5.l.6.tit.9.par.2.
Comites sacrarum largij hodie dicuntur, contadores maiores.gloss.1.in medio.l.6.tit.4.par.3.
Comites sunt illustres, vide glossam 2.per textum.ibi.l.3.titulo.14.partita quarta.
Comes Palatinus an possit legitimare in terris ecclesiæ vel alicuius Regis non recognoscentis superiorem si ab Imperatore ad hoc licentiam

licentiam habeat, vide glossam sextam.columna prima.l.4.titulo.15. partita.4.
Comes Palatinus qui ab Imperatore legitimãdi potestatẽ habet, an possit clericos in minoribus ordinibus constitutos & etiam in sacris constitutos legitimare in temporalibus, & quid si adsit consuetudo, vt illud facere non possit, vid.glo.6.in medio.l.4.tit.15.par.4.
Comes an Regi vellum inferre possit si illum extra Regnum eiecerit, & an in bello subditos Regis deprædare possit, vid.glo.5.per text. ibi.l. 10.tit.25.par.4.
Comes an possit transferre ad alium Regnum licentia non petita à suo Rege, & an hoc liceat sibi tempore guerræ, & quid si illud à Rege fuerit prohibitum omnibus, vide glo.2.l.13.titulo vigesimo quinto.partita quarta.
Comes an teneatur ponere custodes in insidiosis locis terræ, & quando ad damna aliquibus data teneatur, vide glossam.7.l.4.titulo.7.partita quinta.
Comes condemnatus pro furto vel falso ex quo redditur infamis, an ex hoc perdat Comitatum, vid.glo.2.l.7.tit.6.par.7.
Et an qui se falso gerit pro Comite Palatino puniatur pœna falsi, vid.glossam.3.l.2.tit.7.par.7.
COMITENS se misericordiæ alicuius si illicita præceperit, an sit ei obediendum, vid.glo.8.l.27.tit.11.par.5.
COMMISSARIVS bene potest pro altero testamentum facere iure hodierno, & quid iure antiquo, vide glo.2.col.3.limitatione. 4.l. 11.titul.3.par.6.
Commissarius qualiter testari poterit pro alio si testator non per verba importantia arbitrium boni viri sed liberæ voluntatis dixit extremã suam voluntatem committere in voluntate titij, & quid si non fuit dictum quod testetur ad pias causas, vid.ibi.quæst.1.
Commissarius inter quos pauperes hæreditatem diuidere tenetur, & qualiter & quibus obseruatis quando ipse testator pauperes hæredes suos fecit, & de forma distributionis, vid.per glo.l.20.per tex. ibi. titul .3. partita.6.
Et quid si testator nominat vnum pauperum suo commissario committit quos ipse tunc eligere teneatur, vid.ibidem, in glo.7.
Commissarius generalis & executor testamenti an diuidendo bona testatoris aliquid dare possit his personis quibus iam per testatorem de aliqua re certa fuerat prouisum & quare hoc statutũ, vid.glo.1.l.3.per tex.ibi.tit.10.par.6.
Commissarij executores testamenti, an possint distribuere inter filios vel consanguineos pauperes, & quando, & qualiter, & in qua quantitate, vid.glo.2.d.l.3.tit.10.par.6.
De hoc vide in verbo. EXECVTORES TESTAMENTI.
COMMISSIO causæ alicui facta, an & quando transeat in eius successorem, vide glossam octauam. l. 47. titulo decimooctauo. partita tertia.
Commissio in aliquẽ facta, an teneat ita, scilicet, vt commissarius ferrat sententiam prout talis sapiens dictauerit, vid.glo.14.l.2.titulo vigesimoprimo.partita.3.
Commissio causæ clausula, appellatione remota quis istud facere possit, & de qua intelligatur, vid.glo.9.10.&.11.l.decimætertiæ.titulo vigesimotertio.partita.3.
COMPATER verum esse dicatur ille qui leuat de sacro fonte filium vnius credens illum fore filium alterius, vide glossam primam. in fin. in procemio.tit.7.par.4.
Compatres dicuntur etiam si plures aliquem de sacro fonte leuauerint, vid.glossam tertiam.per textum.ibi.l. primæ.titulo septimo.partita quarta.
Compater vxoris illius cuius filium aliquis de sacro fonte leuauerit quẽ maritus duraante matrimonio habuit non efficitur ille qui illum leuauit, & quare, vid.glo.1.per text.ibi.l.4.tit.7.par.4.
COMPATERNITAS an cõtrahatur si infidelis aliquem teneat in baptismo, vid.glo.6.l.6.tit.4.par.1.
Compaternitas an contrahatur per procuratorem, vid.gloss.1. in principio.in procemio tit.7.par.4.
Et quid sit, vide ibi.
Et cui potius quis subuenire teneatur patri naturali, vel carnali, vid.ibid.
Et an isti filij excludant substitutũ, scilicet, si sine liberis decesserit, & an debeant alia patre spirituali, vid.ibidem.
Compaternitas an cõtrahatur inter Iudæos, vel inter Christianum, & Iudęum, vid.ibidem.
Compaternitas bene contrahitur inter Christianum suscipientem filiũ hæretici de sacro fonte, & inter ipsum hæreticum si baptizatus fuit vide ibidem.
Et an plus peccent qui in eodem genere delicti peccant contra parentes spirituales quam carnales, vid.ibidem.
Compaternitas an contrahatur si quis leuat de sacro fonte filium Titij credendo illum esse filium Sempronij, vid.d.glo.1. in fi.in procemio titul.7.par.ita.4.
Compaternitas contrahitur cum omnibus etiam si plures aliquem in sacro fonte tenuerint, vide glossam tertiam.l.primæ.titulo septimo.partita quarta.
Compaternitas an extendatur ad vxores leuantium aliquem de sacro fonte, & ad quas, & an ad ipsorum concubinas, vide ibi. glossam sextam.&.7.
Compaternitas non extenditur ad filios vxoris qui aliquem leuabit de sacro fonte si ipsa ex alio viro illos habuit, vide ibi glossam octauam.
Compaternitas quæ impediat & dirimat matrimonia, an contrahatur si quis stet tempore benedictionis ad portas ecclesiæ, vide glossam secundam.l.2.ibi.
Compaternitas an extendatur ad vxorem illius cuius filium adulterinũ quis de sacro fonte leuauit, vide glossam primam.l.4.titulo septimo. partita.4.
COMMODANS & COMMODATARIVS.
Commodans rem tenetur de damno commodatario illato si sciuit rei vitium & tacuit, vid.glo.1.l.6.tit.2.par.5.
Et quid si commodans sit ignorans & commodatarius vellit agere noxali an admittatur, vid.d.glo.1.
Commodator serui vel equi tenetur expensas soluere quæ in curando seruo factæ fuerunt & quales non, vide glossam primam.l.7.titulo secundo.part.5.
Commodator non potest rem commodatam repetere nisi expleto vsu cuius contemplatione illam commodauit, vid.glo.1.l.9.tit.2.par.5.
Aliquando tamen sic, vid.ibi.glo.2.
Commodator an possit à commodatario rem sibi commodatam petere licet ipsa iam petierit si ipse in restituendo fuit in mora, & an consideretur quod eodem modo esse peritura penes eum, vide glossam sextam.dict.l.9.
Et quid in actione Reali vel in foro conscientiæ, vid.d.glo.6.d.l.9.titu.2. partita.5.
Commodator siue commodans qui aliquid alicui dedit si illud commodatario furatum sit, an contra ipsum vel contra furem agere possit, & an eligendo contra vnum agere possit ad alium reddire, & quando, vide glo.l.11.per tex.ibi.tit.14.par.7.
COMMODATARIVS si non potuit infra præfinitum tempus vti commodato quid tunc, vid.glossam prima l.1.titulo secundo. partita.5.
Et an in dubio commodatum videatur datum gratia commodatarij, & quid si & tunc aliqua vtilitas veniat danti, vid.glo.1.l.2.ibi.
Commodatarius gratia sui tantum an teneatur de leuissima culpa, & quando, vide glossam secundam.per tex.ibi.l.2.titul. secundo.partita quinta.
Commodatarius an teneatur si res sibi commodata casu finiatur & pereat, & quid si culpa præcesserit casum & quid si præcesserit mora vel pactum, vid.ibi.glo.3.
Quod procedit etiam si res sibi fuerit commodata gratia sui tantum, vid. ibid.& glo.7.l.5.ibi.per illum tex.
Commodatarius gratia vtriusque tenetur de leui culpa non de leuissima, & an talis culpa debeat considerari secundum diligentiam quam ipse debet adhibere in rebus proprijs vel aliter, & quæ sit de hoc ratio, vid. glo.5.l.2.tit.2.par.5.
Commodatarius omnino negligens in rebus suis, an excusetur si in re cõmodata eandem diligentiam habuerit, vide ibidem glossam sextam.
Commodatarius an excusetur propter casum fortuitum qui sibi euenit & quando, vide glossas.l.tertię.per textum ibi.titulo secundo.partita quinta.
Et quid si res sibi concrementur vel furetur, vel si in eo adfuit culpa ante casum vel mora, vide ibidem glossam tertiam. sextam. septimam. & octauam.
Commodatarius si generaliter renunciet casibus fortuitis, an talis renunciatio sufficiat vt illis non obstantibus teneatur, vide ibi. glossa decima.
Commodatarius si mittit rem commodatam cum familiari quam legalem credidit si res perdatur an pereat periculo ipsius, & quando, vide glo.1.cum sequen.per text.ibi.l.4.tit.2.par.4.
Commodatarius non excusatur si miserit rem commodatam per malũ nuntium & illa perdita fuit, vid.ibi.in glo.4.
Commodatarius quando rem sibi commodatam nuntio creditoris dederit cum hoc creditur non mandasset nuntio sed in hoc nuntius dolum fecerit mutando dictum creditoris an & quando hoc creditori imputetur vel commodatario, vid.ibid.glo.5.
Commodatarius si decedat eius hæres rem commodatam restituere tenetur, & qualiter, & pro quibus partibus, vid.glo.1.&.2.d.l.5.titul. .partita quinta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Commodatarij an propartē obligentur vel in solidum quando res commodata fuit deperdita, & ambo rem commodatam receperunt ne ꝗ fuit actum vt quilibet teneretur in solidum, & quid si vnus ex eis tantū dolum commisit vel culpam, an ipse solus teneatur vel ambo, vid. gl. 4. per tex. ibi. in. l. 5. titul. 2. part. 5.
Commodatarius an habeat actionem contra commodantem sibi rem vitiosam qui vitium tacuit & qualiter teneat. & quid si ageret noxali. & vitium rei ignorasset an admittatur vel non, vid. glo. 1. l. 6. per tex. ibi. titulo. 2. partita. 5.
Commodatarius an teneatur curare seruum vel equum sibi commodatum & expensas soluere, & quas sic, vide glossam primam. l. septimæ. ibi.
Commodatarius si rem commodatam amittat, & pro ea pretium soluat, & postea illa res appareat quam actionem intentare possit, vide glo. 1. l. octauæ. ibi.
Commodatarius non debet commodato priuari vsque dum expellatur vsus ratione cuius res fuit commodata, vid. glo. 1. l. 9. tit. 2. par. 5.
Et quando sic. vid. ibi. gloss. 2.
Commodatarius an possit retinere rem sibi commodatam prætextu debiti, & quando sic, vide glossam tertiam. per textum. ibi. lege nonæ. ibi.
Et quid si pecunia commodatur, vt species an possit retinere pro debito, vide ibidem.
Commodatarius an possit rem commodatam retinere pro expensis factis in tali re commodata, vid. glo. 4. l. 9. ibi.
Commodatarius si sit morosus in restituenda re sibi commodata si illa postea pereat an pereat ipsius periculo etiam si eodem modo esset penes commodantem peritura, & quid in foro conscientiæ, vid. gloss. 6. dict. l. 9. tit. 2. par. 5.
Et quid agatur actione reali, vid. ibidem.
Commodatarius an teneatur rem commodatam restituere si ex tali restitutione tunc illud perderetur vero domino, vide glo. 6. l. 7. titulo. 18. partita. 2.
Commodatarius an teneatur ad periculum rei commodatæ si æstimata data fuit, vid. glossam. 2. l. septuagesimæprimæ. titulo decimooctauo. partita. 3.
Commodatarius non potest vti re commodata nisi ad illud ad quod fuit sibi commodata, vide glossam quartam. l. 71. titulo decimooctauo. partita. 3.
Commodatarius si non restituat rem sibi commodatam finito tempore sed spectat sententiam qualiter puniatur, vide glossas. l. 12. titulo decimo. partita. 7.
Commodatarius cui res commodata furata fuit, an ipse vel qui sibi illam commodauit contra furem agere possit, & quando & qualiter, vid. gl. l. 11. per tex. ibi. tit. 14. par. 7.
Et [an] commodatario detur actio legis Aquiliæ, vel damni infecti, vide glo. 5. l. 1. titul. 15. par. 7.
COMMODATVM, & an periculum transeat in commodatariū si res æstimata commodetur, vide glossam secundam. l. 71. titul. 18. partita tertia.
Et qui commodatum recepit an teneatur de casu fortuito si generalis renuntiatio illorum præcessit, vid. ibi. glo. 5.
Commodatum in tribus differt à mutuo & pro commodato aliquid recipi potest non pro mutuo, vid. glo. 3. per tex. ibi. l. 1. tit. 2. par. 5.
Et qualis sit de hoc ratio, vid. d. glo. 3. ad fi.
Commodatum quid sit siue tacitum siue expressum quare sic cognominetur, & in quo differat à precario, vid. gloss. 1. per tex. ibi. l. 1. titulo. 2. titul. 2. partita. 5.
Commodatum si à pupillo detur an contractus ex integro teneat vel nō & in quo talis contractus cum pupillo factus teneat, vid. ibi. glo. 4.
Et an fur vel prædo agant commodato, vel non, vide dictam glossam quartam. in fin.
Commodatum in dubio semper præsumitur factum gratia commodatarij, & quid si aliqua vtilitas veniat exinde danti, vid. glossam. 1. l. 2. tit. 2. partita. 5.
Commodatum si perdatur itinere cum commodatarium commodati miserat per nuntium quando ei imputetur vel non, vid. glo. 1. per tex. ibi. cum sequentibus. l. 4. ibi.
Et quid si talis sit nuntius ecclesiæ. vid. ibidem. in finalibus verbis.
Commodatum factum alicui ipso decedente teneñ eius hæredes illud restituere & qualiter, vide glossam. 1. & 4. l. 5. titulo secundo. partita quinta.
Commodatum qualiter distinguatur à precario & an commodatū possit reuocari ante vsum expletum, vid. glo. 1. l. 9. tit. 2. par. 5.
Et quando sic, vid. ibi. gloss. 2.
Commodatum an possit retineri a commodatario prætextu debiti, & quando sic vid. glo. 3. per tex. ibi. l. 9. ibi.
Et quid si pecunia commodatur, vt species an possit retineri pro debito, vide ibidem.
Et an expensæ factæ in re commodata debeant recuperari retinendo ipsam rem commodatam pro eis, vid. glo. 4. l. nonæ. titulo secundo. partita quinta.
COMMODITAS possessionis quæ magna est nemini est auferenda. glo. in proœmio. tit. 9. par. 3.
Commoditas illius iuris an pertineat ad Patrem quando ex aliqua causa impeditur ne vsusfructus ad eum pertineat in rebus filij, vid. glo. 5. ad fi. l. 5. titulo. 17. par. 4.
Commoda indulgentiarum, vid. per glossam. 2. l. 46. per tex. ibi. titul. 4. partita. 1.
Et in commodum quod rei emptæ succedit post perfectam venditionē etiam si sit commodum fortunæ, an emptoris an vero venditoris sit, & quando, vide glossam. 3. 4. 7. & 8. l. vigesimætertiæ. per tex. ibi. tit. 5. partita. 5.
COMMVTATIO voti fieri potest ex sola vtilitatis maioris causa etiam si necessitas non ad sit, vide glossam tertiam. l. 4. titul. 8. partita prima.
Commutatio voti in omnibus exceptis duobus per Episcopum fieri potest Papæ vero licet in omnibus, vide glossam primam. l. 5. titulo. 8. partita. 1.
Commutatio voti in melius an propria authoritate fieri liceat, vid. ibid. & vid. l. 3. in principio illius tit.
Commutatio quid sit, & in ea debet æqualitas seruari, vid. glo. 5. l. 5. titulo. 8. partita. 1.
Commutatio voti debet fieri tribus concurrentibus, vid. glo. 1. l. 6. tit. 8. partita. 1.
COMMVNICANS cum excommunicato ob id non est excommunicatus in aliquibus casibus, vt per glo. 4. l. 34. per tex. ibi. & glossa mag. 3. titulo. 9. partita. 1.
Communicans cum excommunicato etiam si eius vxor sit peccat in veniali, de quo per glo. 5. d. l. 34.
Communicantes cum excommunicato quando peccent quando vero non, vid. per glo. d. l. 34.
Communicari an debeant inter maritum & vxorem accessiones seu incrementa per aluuionem, & quando, vide glo. 3. l. 30. titulo vigesimo octauo. partita. 3.
Communicari an debeat inter maritum & vxorem partus ancillæ in dotem datæ, vid. glo. 1. l. 20. titul. 11. par. 4.
COMMORARI an teneat maritus in certo loco quando tempore contractus matrimonij illud per pactum promisit, vid. glo. 5. l. 2. titulo. 5. partita. 4.
COMMVNIA de iure naturali primeuo an per ius gentium in aliquo commutentur, vide glossam primam. l. 3. titulo vigesimooctauo. partita. 3.
Communia sunt ea omnia quæ sunt in confinio, vide glossam. 1. l. 6. tit. 28. partita. 3.
Communia ciuitatum vt sunt fontes, &c. an sint cōmunia quo ad vsum dominij tantum, vide glossam primam. l. 9. titulo vigesimooctauo. partita tertia.
Communia ciuitatum ita pertinent quoad earum vsum pauperibus sicut diuitibus, vid. glo. 8. d. l. 9. ibi.
Et quid si ex vicinis ciuitatis quia multas habet greges pauperes damnificentur qualiter eis consulatur, vide glossam nonam. l. 9. titulo vigesimo octauo. par. 3.
Communia an pertineant dominis terrarum sicuti alijs ciuibus & si dominus ibi non habitet. vid. glo. 9. d. l. 9. ibi.
Communia negotia communibus expensis facienda sunt, vid. glo. 2. l. 15. titulo. 32. par. 3.
Communia omnibus an possint ab aliquo præscribi & quando, vide glossam primam. secundam. & tertiam. l. septimæ. titulo vigesimonono. partita. 3.
Et quid si fuerunt istæ res præscriptæ tempore immemoriali, vide dict. glo. 1. in principio.
Et an in istis rebus communibus cadat possessio ita vt præscribi possint, vide. d. glo. 1. col. 2. post principium.
Et quid in terminis alicuius ciuitatis præscribendis an idem dicendum sit, vid. d. glo. 1. col. 2. in medio.
Communia pluribus vt singulis, an ibi domini possint separatim consentire, vide glossam tertiam. l. decimæ. titulo trigesimoprimo. partita tertia.
Communia si sint aliqua inter clericum & laicum, &c. de hoc, vide remissiuè per glossam quartam. l. decimæoctauæ. titulo trigesimoprimo. partita. 3.
Communem rem habens cum alio si instet vt de nouo fiat paries quæ ipsorum partes diuidat si alter istud contradicat, an ad hoc sit compellendus, vide glossam secundam. l. vigesimæquintæ. titulo. 32. partita tertia.

Communia

Communia ciuitatis an ab ipsa ciuitate vendi possint, & quando, vid. gl. 2. l. 5. tit. 5. par. 5.
Communia lucra quæ dicantur ad hoc, scilicet, vt maritus cum vxore sua teneatur diuidere vel socius cum socio, vid. glo. 7. l. 3. titulo decimo. partita. 5.
Et in his quæ sunt communia pluribus vt singulis tunc vt maior pars minori præiudicet debent prius omnes citari, vid. glo. 1. l. 5. titulo. 15. partita quinta.
COMMVNITAS, an habeat fundatam suam intentionem quo ad dominium rerum in suo territorio sitarum. gloss. 1. l. 11. titulo. 18. partita secunda.
Commune ciuitatis an possit dare licentiam alicui vt possit ædificare in loco publico, vid. glossam primam. l. 3. titulo trigesimosecundo. partita tertia.
Communitas quando vult ex forma statuti resarcire damnum vicinis suis tunc ille qui sustinuit damnum tenetur contribuere pro parte sua sicut alius quilibet, vide glossam quintam. l. tertiæ. per tex. ibi. titul. 9. partita quinta.
COMMVNIO ad illicita se non extendit, vide gloss. 1. l. 2. per text. ibi. tit. 10. par. 5.
De hoc. vid. in verbo. SOCIETAS. & in verbo. SOCIVS.
Communio parit discordiam, vide glossam primam. in proœmio. tit. 15. partita sexta.
Et naturale vitium est negligi quod commune est & nihil habere credit qui totum non habet, vid. ibi. in glo. 2.
Communio vbi non est ibidem diuisio locum non habet, vid. glo. 1. l. 1. titul. 15. partita. 6.
Communionem cum aliquo habere quando expediat, vid. gloss. 2. d. l. 1. titulo. 15. partita. 6.
COMPELLERE compelli debent subditi ad obseruantiam legis à superiore latæ, vid. glo. 4. l. 16. tit. 1. par. 1.
Compelli non debet quis ad accipiendam vxorem & quare, vid. gloss. 7. l. 1. titulo. 20. par. 2.
Compelli debet quis matrimonium contrahere si desponsatus fuerit, & ex quibus causis non sit compellendus, vid. gloss. 2. & 3. l. 7. titulo primo. partita. 4.
Compelli ad mutuandum quando possit aliquis, vid. glo. 1. in proœmio. titul. 1. par. 5.
Compelli aliquando potest clericus per iudicem secularem, vid. per glo. 5. d. 3. titul. 3. par. 5.
Compelli quando possit quis ad vendendum rem suam, vel non, vid. plures casus per glo. 1. l. 3. tit. 5. par. 5.
COMPENSATIO rei depositæ cum debito quod à deponente debetur depositario, an fieri possit, & quid sit dicendum in deposito facto per constitutum, vide glossam quintam. l. 5. per tex. ibi. titulo. 3. partita. 5.
Et ex quibus verbis testatoris colligitur velle vt legatarius legatum compenset cum debito vel cum dote si filia sit. glo. 5. l. 3. tit. 9. & glo. 3. quæstione quinta. & quæstio. 6. septima. & octaua. l. decimæsextæ. tit. 9. partita sexta.
Compensatio respectu libertatis vnius anni cum sterilitate alterius quando locum habeat, vid. per gloss. 1. l. vigesimætertiæ. titulo octauo. partita quinta.
Et an damnum illatum à socio sui culpa vel dolo compensetur cum eo quod lucratum est ex sua diligencia, vide glossam quartam. l. 7. & glo. 5. l. 13. tit. 10. par. 5.
Compensatio damni & lucri, an habeat locum inter prælatum & ecclesiam. glo. 3. l. 7. tit. 9. par. 6.
Et quid si maritus sui culpa aliqua perdiderit, an licet in alijs lucretur debeat fieri compensatio damni & lucri, vid. d. glo. 5.
Compensatio an dicatur vera solutio, & an impleatur conditio soluendi compensando, vid. glo. 1. l. 20. tit. 14. par. 5.
Et an qui sub iuramento soluere promisit si compenset videatur adimplere promissionem, vid. ibidem.
Et quando sit locus compensationi si debitor illam petierit, vid. ibi. glo. 2. per illum tex.
Et sub qua forma hæc exceptio compensationis opponi possit, vid. ibidem. in glo. 3.
Compensatio expensarum quas fecit bonæ fidei possessor, an cum fructibus perceptis fiat, vid. glo. 5. l. 41. tit. 28. par. 3.
Compensatio expensarum, an debeat fieri cum fructibus perceptis occasione meliorationis illius rei, vid. d. glo. 5. in fi.
Compensatio non habet locum in delictis quando talia delicta sunt circa diuersa, vide glossam quintam. col. 2. in principio. l. 8. titulo secundo. partita. 4.
Compensatio vtrum habeat locum inter fornicationem carnalem & spiritualem, vide glossam quintam. l. octauæ. titulo nono. partita quarta.
Et quid si ille qui fuit fornicatus spiritualiter ad fidem reuertatur, an sit locus tunc compensationi, vid. ibi. in glo. 6.
Compensatio, & an debitor, videatur fateri debitum, opposita per eum exceptione compensationis, vid. ibi. in glo. 3. dictæ. l. 20. titulo decimo quarto. partita. 5.
Et an exceptio compensationis, obijci possit coram iudice delegato, vel arbitro. ibi. glo. 4.
Compensatio compensationis admitti non debet, vid. ibid. in glo. 5.
Et si in modum compensationis opponatur exceptio, qualis ista esse debeat, vt per eam admittatur compensatio debiti, si debitor illud petierit, vid. glo. 6. dict. l. 20.
Compensatio an fiat de quantitate pecuniæ, ad quantitatem frumenti, vide glossam primam. l. vigesimæprimæ. titulo decimoquarto. partita quinta.
Compensatio fieri potest de quota ad quotam, & semper fiet, quando debitum est in eodem genere, secùs in diuerso, vide glo. 2. d. l. 21. per tex. ibi. cum alijs glossis. ibidem.
Compensatio an habeat locum inter socios, quando vnus damnum dedit, & etiam alius & an tale damnum cum lucro ab ipso datum compensetur, vid. gloss. 5. l. 13. titulo. 10. & glo. 1. l. 22. per tex. ibi. titulo decimo quarto. part. 5.
Et an per procuratorem qui damnificauit dominum, possit obijci exceptio compensationis, de eo in quo meliorauit causam domini, vid. d. glo. 1. in fine.
Et an dolus cum culpa compensetur, vide glossam primam. & 2. l. 23. ibidem. per tex. ibi.
Compensatio an habeat locum in debito procuratoris, & quando, vide glossam secundam. l. vigesimæquartæ. titulo decimoquarto. partita quinta.
Et illud quòd debetur societati, non compensatur cum eo quod debet vnus ex socijs, vide dictam glossam secundam. dictæ. l. vigesimæ quartæ.
Compensatio an habeat locum in personam filij in debito patris sui, vide glo. 25. ibi. per illum text.
Compensatio an possit obijci per extraneum comparentem pro alio, etiam sine mandato, vid. ibi. in glo. 3.
Compensatio non fit ipso iure sed tantum si opponatur ab homine, & desiderat sententiam iudicis, & quando fiat ipso iure, vide glo. 1. & 2. l. 26. ibi.
Compensatio non obijcitur ad id quod debetur ex causa maleficij, vide glo. 1. l. 27. ibidem. per illum tex.
COMPARATIONES literarum, & an ex hoc plena fides deducatur, vide glossam vndecimam. lege. 118. titulo decimooctauo. partita tertia.
Et an iudex possit compellere negantem instrumentum fore suum, vt scribat aliquid de nouo vt fiat comparatio, vid. glossam quintam. l. 119. ibi.
Comparatio literarum quam fidem faciat in scripturis priuatis etiam si talis priuata scriptura sit à parte subscripta, vid. ibi. glo. 6.
Comparatio literarum facit plenam fidem in vno casu quem ponit. dict. glo. 6. in fine.
COMPATRIOTAE naturaliter se diligunt, vide glossam quartam. per textum ibi. l. quartæ. titulo vigesimoseptimo. partita. 4.
Et si iste fiat inimicus patriæ amittit naturalitatem, vide glossam secundam. per textum. ibi. l. septimæ. titulo vigesimoseptimo. partita quarta.
Compositio per hæredem vsurarij facta cum illis à quibus vsuræ restitui debuerant, quando valeat. glossa duodecima. l. secunda. titulo. 15. partita sexta.
COMPLICES quid dicantur, vide glossam secundam. l. 82. titulo decimooctauo. partita. 3.
COMPROMISSVM factum in aliquem vt iudicet secundum iustitiam & veritatem debet iudicare secundum legē fori non poli. glo. 1. l. 3. titulo. 4. par. 2.
Compromissum factum in aliquem vt iudicet secundum ius si iniustè iudicauerit an teneat sententia, vide glossam quartam. l. 23. titulo quarto. partita. 3.
Compromissum in aliquem factum, an extendatur vbi venit imponenda pœna sanguinis, vide glossam primam. l. vigesimæquartæ. titulo. 4. partita tertia.
Compromissum an fieri possit in aliquem super causa feudali, vel vassallagij, vid. glo. 2. d. l. 24. ibi.
Compromissum non potest fieri nisi ab eo qui habet ad hoc speciale mandatum nec generale sufficiet. glossa quarta. dictæ. l. vigesimæ quartæ.
Compromissum factum super rebus ciuitatum, an valeat sine licentia Regis, vid. glo. 5. d. l. 24.
Compromissum factum in venditore alicui rei an valeat, & an in vna

ex partibus,

Universidad de Deusto Biblioteca

ex partibus, vid. glo. 6. d. l. 24. & ibi. glo. 7.
Et an eo solo quod minor compromisit siue in arbitrum siue in arbitratorem videatur læsus, vide glossam quartam. l. vigesimoquinta. titulo. 4. partita. 3.
Compromissum in quo datur arbitro certa forma pronuntiandi an tenear, vide glossam octauam. l. vigesimæ sextæ. titulo quarto. partita tertia.
Compromissum factum in duos cum potestate eligendi tertium si discordarent, an valeat, vid. glo. 10. d. l. 26.
Compromissum si a principio non valuit non potest conualidari per prorogationem termini. glossam primam. l. vigesimæ septimæ. titulo. 4. partita. 3.
Compromissum factum in iudicem ordinarium si finito officio recessit ibidem reddere debet ad pronuntiandum. vid. glossam sextam. dict. l. vigesimæ septimæ.
Compromissum an fieri possit, vt per pactum illud transeat ad hæredes arbitri, vide glossam tertiam. l. vigesimæ octauæ. titulo quarto. partita tertia.
Compromissum an finiatur per susceptionem religionis habitus vel clericatus, vid. glo. 4. d. l. 28.
Et quid operetur clausula in compromissis posita, scilicet, (ratomanente pacto) vide glossam textam. l. trigesimæ tertiæ. titulo quarto. partita tertia.
Compromissum cum clausula ratomante. &c. si compromissarius soluat pœna, an præcedere eli ceat, & quid in hoc operentur. ll. de Madrid, vid. glo. 2. l. 35. ibi.
Et quid si compromisit sine dicta clausula & ibi fuit apposita pœna, & condemnatus appellauit & noluit soluere pœnam & fit executio iusta. l. de Madrid, an tunc soluendo pœnam liberetur & recuperet res in quibus facta fuit executio, vid. ibidem.
Compromissum sine pœna factum, an non obediens teneatur saltim ad interesse partis, vid. glo. 3. dict. l. 35.
Compromissum in aliquem factum, an transeat in successorem in prælatura, vide glossam octauam. l. quadragesimæ octauæ. titulo decimo octauo. partita. 2.
Compromissum in Regem factum expirat eius morte, vide dictam glo. 8. l. 47. tit. 18. par. 3.
Et qualiter & cum quibus clausulis debeat fieri compromissum, vid. glo. 1. l. 106. tit. 18. par. 3.
COMPROMISSARIVS an possit pronuntiare partibus non citatis, vide glossam quintam. l. 106. titulo decimooctauo. partita tertia.
COMPVLSVS vendere an compellatur ad vendẽdum habita fide de pretio, vide glossam quartam. l. quadragesimæ sextæ. titu. vigesimo octauo. partita. 3.
COMPVTATIO graduum consanguinitatis qualiter fiat, vid. gl. 1. per tex. ibi. l. 3. tit. 6. par. 4.
Et quare diuerso modo computentur gradus apud legistas & canonistas vide ioidem. glo. 3.
Computatio an secundum ius canonicum vel ciuile debeat fieri quando per statutum laicorum imponitur pœna contrahenti in. 4. gradu vel incestas nuptias, vid. ibi. glo. 4.
Computatio ætatum ante & post diluuium secundum vtranque interpretationem. glo. 2. 4. in prooemio. partit.
Computatio an à natiuitate Domini an vero ab eius incarnatione fieri debeat, vid. infra in verbo. HISPANI.
CONCESSA ecclesia monachis vel alijs quæ illis concessa videantur & quæ Episcopo videantur reseruata, vid. glo. 2. 4. 5. & 8. l. 5. titulo. 12. partita. 1.
Concessa ratione affinitatis an durent soluto matrimonio, vid. glo. 1. l. 5. titulo. 6. par. 4.
CONCESSIO decimarum laico facta per Episcopum ad vitam ipsius an valeat, vide glossam quartam. l. vigesimæ secundæ. titulo vigesimo. partita. 1.
Concessio ad vitam alicuius facta dicitur perpetua, vid. ibidem.
Concessio decimarum laico per Papam facta ad noualia non se extendit, vide glossam tertiam. per tex. ibi. l. vigesimæ tertiæ. titulo vigesimo. partita. 1.
Concessio facta alicui vt possit villam ab opido separare forte vt det filio secundo an videatur ex hoc separata etiam in iurisdictione, vel non, vid. glo. 1. l. 2. tit. 1. par. 2.
Concessio villæ vel castri alicui facta sub titulo ducis vel. &c. an videatur concessa iurisdicitio licet in priuilegio nihil dicatur, vid. glo. 2. l. 12. tit. 1. partita. 1.
Concessio alicuius iurisdictionis iudici speciali facta an per hoc videatur ademptæ iurisdictio iudicibus ordinarijs, & generalibus. gloss. 6. l. 24. titulo. 9. part. 1.
Concessio immunitatis quando perpetuo quando vero ad vitam concedenti tantum duret, & quid si fiat alicui & eius filijs, & nepotibus. & quid si alicui eius que descendentibus, & quid si adfuerunt merita ratione seruitiorum, vid. glossam. 2. l. decimæ. titulo decimooctauo. partita tertia.
Concessio semper est moderanda secundum qualitatem seruitiorum, vide. d. glo. 2. in fin.
Concessio vt quis possit res extrahere extra Regnum, an aliquid operetur circa solutionem pecuniæ quæ in talibus exactionibus consueuit per solui. glo. 1. l. 1. ibidem.
Concessio alicui facta pro pecoribus & pastu, an intelligatur in transitu tantum, & quid operetur, vid. gloss. 2. l. decimæ nonæ. titulo decimo octauo. par. 3.
Concessio de sportandis rebus vetitis extra Regnum si aliud non dicatur debent intelligi pro prima vice tantum, vid. glossam. l. d. 20. titulo. 18. partita tertia.
Concessio Principis facta contra eius iura, an statim debeat in executionem mitti, an vero spectetur secunda iussio, & quid si facta fuit motu proprio, vide glossam secundam. l. 29. titulo decimooctauo. partita tertia.
Concessio alicuius rei in dubio, an ad supplicationem, an vero motu proprio concessa videatur. vid. d. glo. 2. in fine.
Concessio castri an trahat secum iurisdictionem illi cohærentem, vide glo. 8. l. 68. tit. 18. par. 3. & ibi. glo. 13.
Concessio Principis priuato facta, vt ex aquæductu publico aquam sibi ducere possit de qua debeat intelligi, an de ea quæ superest. glo. 1. l. 5. tit. 31. partita. 3.
Concessio naturalitatis alicui per priuilegium facta, an faciat illum verum ciuem, & naturalem illius Regni in quo naturalizat, vid. glo. 14. l. 2. tit. 24. par. 4.
Et an ex simplici concessione alienigena possit habere beneficia in Regno in quo naturalizatus fuit, vid. ibi. col. 2.
Concessio castri alicui facta sub eius protectione, & regimine cum mero & misto Imperio, an illi collectas imponere possint, vel an ius collectandi remaneat apud illum cui primo competebat, vid. gloss. 2. col. 1. l. 6. titulo. 25. partita. 4.
Concessio generalis an secum adducat regalia, & quæ supremæ iurisdictionis sunt, vt illa etiam concessa videantur, vid. ibi. columna secunda. in principio.
Concessio Regis facta alicui de Regalibus, an valeat siue fiat ad tempus siue in perpetuum, vide glossam nonam. l. 9. per tex. ibi. titulo quarto. partita quinta.
Et an in concessione portagij sit necessaria iusta causa vt recipiens sit tutus in conscientia, vide glossam primam. l. tertiæ. titulo septimo. partita quinta.
Concessio prosę & hæredibus, an tunc emphyteosis sita concessa ad omnes hæredes etiam extraneos transeat, & quando, vid. gloss. 5. l. 28. titulo. 8. partita. 5.
Et an concessio facti indeterminati, vel determinati sit transmissibile ad hæredes, & quando, vide glossam primam. l. vigesimæ septimæ. titulo nono. partita. 6.
Concessio si fiat ciuitati, an perpetua esse dicatur, vel si fiat ecclesiæ, vid. dict. glo. 1. in fine.
Concessio per testatorem alicui facta, an & quando & ex quibus præsumatur reali, vid. glo. 3. d. l. 17.
Et frustra precibus impetratur quod iure communi conceditur. gloss. 4. col. 6. ad fi. l. 6. tit. 11. part. 5.
CONCESSO castro an videatur concessa iurisdictio illo cohærens, vid. glo. 8. l. 68. tit. 18. par. 3.
CONCEPTVS ante Papæ dispositionem eo quia consanguinei erant parentes, an admittantur ad maioriam, & quid si nati sint ante dispositionem, vide glosam decimam. columna secunda. in fin. l. 2. titulo. 15. partita secunda.
CONCILIVM congregatur ad sonum campanæ & concilium est multiplex, vide glossam quartam. l. vigesimæ primæ. titulo decimo octauo. partita. 2.
Concilium ciuitatis an possit alicui licentiam dare vt valeat in loco publico ædificare, vide glossam primam. l. tertiæ. titulo trigesimo secundo. partita tertia.
CONCORDIA paruæ rescrescunt, &c. vide gloss. 1. l. 21. titulo. 26. partita secunda.
Concordia cum intra aliquos fit, possunt petere vt detur sententia secundum concordiam eorum, & an illud obseruetur, vide glo. 1. l. 9. tit. 20. partita. 3.
Concordia quid sit, & plura de ea, vid. per glo. 7. & 9. per tex. ibi. l. 1. tit. 27. partita. 4.
Concordia latronum, vel amicitia ipsorum vera concordia vel amicitia non est debet enim esse in bonum, vide glossam nonam. l. primæ. titu. 27. partita. 4.

CONCV-

CONCVBINA clerici qua pœna feriatur tam iure antiquo quam hodierno, vide glossam fina. l. quadragesimæ tertiæ. titulo. 6. partita prima.
Concubinæ clericorum qualiter hodie puniantur per iudices laicos, vide glossam tertiam. in fine. l. trigesimooctauo. titulo sexto. partita prima.
Concubinatus crimen punitur per iudicem ecclesiasticum & etiam per laicum, vide glossam fina. l. quinquagesimæ octauæ. titulo sexto. partita prima.
Concubina & an ad illam extendatur spirituals compaternitas, vi. gl. 7. l. 1. tit. 7. par. 4.
Concubina an possit dotem petere eam tenenti, vid. glo. 4. & 5. per tex. ibi. l. 9. tit. 11. partita. 4.
Et an hodie requiratur quod concubina domi retineatur ad hoc vt per contractum matrimonium filij legitimentur, vide glossam octauam. l. primæ. titulo decimotertio. par. 4. & glo. 15. l. 2. titulo decimoquarto. partita. 4.
Et inter concubinam & vxorem parum refert nisi in honore, vid. glo. 1. in prooemio. tit. 14. par. 4.
Concubinam domini si vassallus cognouerit feudo priuaretur ac si cognouisset vxorem, vid. ibi.
Concubina non transit in dominium amasij, vid. ibidem.
Concubinæ habent secum venenum & præsumitur contra eas quòd omnia quæ possident quæsierunt ex bonis amasij, & possunt torqueri pro declaranda veritate quod non est in vxore, vid. d. glo. 1. in fin.
Concubinatus crimen est ecclesiasticum hodie tantum etiam per. ll. Regni prohibentur & sic est crimen legale, vid. glo. 2. ibi.
Et concubinam cogaoscens carnaliter, & si soluta sit, & ipse solutus peccat tamen mortaliter, vide ibid. glo. 3.
Concubinatus olim erat sine pœna & quare hoc sic permittebatur, vide glo. 4. in. d. prooemio. tit. 14. part. 4.
Et an de iure ciuili concubinatus olim erat prohibitus, vid. ibid.
Concubina aliquando nominatur amica aliquando vero focaria, vide glo. 3. l. 1. tit. 14. par. 4.
Concubinatus cum liberta vel serua an esse possit, & cum qua serua, & quando, vide glossam quartam. & 5. l. primæ. titulo decimoquarto. partita. 4.
Concubinatus totaliter est etiam de iure ciuili in clericis reprobatus, & quid de illis qui sunt in minoribus ordinibus constituti, vid. glo. 1. l. 2. tit. 14. part. 4.
Concubinatus an teneat cum virgine si sit ex obscuro loco nata neque pœna legalis locum habeat, vid. ibi. glo. 4.
Concubina si non publicè sed secretè ab aliquo recipiatur, & diu detineatur per ipsum præsumetur quod est eius vxor, vid. ibi. glossam octauam, per tex. ibi.
Concubinas in plurali quis habere non potest, vid. glo. 14. l. 2. per tex. ibi. titul. 14. part. 4.
Concubinatus ad hoc vt sit licitus de iure ciuili plura requiruntur, vi. per glo. 15. d. l. 2. per illum tex. ibi.
Et an requiratur quod concubina domi retineatur, vid. ibi. & gloss. 8. l. 1. titulo decimotertio. partita. 4. & glo. 1. & 7. l. primæ. titulo decimo quinto. partita. 4.
Concubina si est vilis non est cum persona illustri permittenda neque cum ea matrimonium tener, & an filij ex ea & illustri persona habiti sint naturales licet ipsi sint soluti vt patri succedere possint, & quid hodie per. ll. Tauri, vid. ibi. glo. 4. l. 3.
Et filij istarum & personarum illustrium sunt spurij non naturales, vide ibi glo. 4. & glo. 10.
Concubinatus si inter aliquas personas sit prohibitum, & non matrimonium an filij ex inde nati dicantur spurij vel non, vid. glo. 6. l. 1. titu. 15. partita. 4.
Concubina si in suo testamento, vel in alio instrumento filium suum naturalem quem habuit ex amasio nũcuparet filium sine adiectione naturalis, an ex hoc videatur illum legitimare & cuius effectus erit talis nominatio, vide glossam septimam. columna secunda. l. septimæ. titulo. 15. partita. 4.
Concubinæ publicè & manifestæ hodie Hispanè dicuntur barraganas, vide glossam quintam. columna. 2. l. 3. titulo vigesimoprimo. partita quarta.
Concubinæ clericorum ad hoc vt per statutum puniri possint debent esse publicæ, & sic teneri, vid. ibidem.
Et an seruus inuentus cum concubina domini impune ab eo occidi possit, & quando, vide per glo. 7. columna. 2. ad fi. l. 6. titulo vigesimoprimo. partita. 4.
Et an ex eo quod dominus concubuit cum concubina vassalli, vel cum vxore eius amittat ius naturalitatis quod habet in eum, vide glo. 6. l. 5. titul. 24. par. 4.
Concubina & an miles possit donationẽ concubinæ facere, vi. gl. 7. l. 1. per tex. ibi. titulo. 4. par. 5.
CONCVRRENTES simul in aliquo actu vbi premium dari debet quis eorum ad illud admittatur, vide glossam primam. l. septimæ. titul. 27. par. 2.
CONCVSSIONIS crimen, vide in verbo, CRIMEN CONCVSSIONIS.
CONCREMANTES Ecclesias seu per vim spoliantes sunt ipso iure excommunicati, vide glossam decimam. l. 2. titulo nono. partita prima.
Concremans suum agrum restilem cum alterius damno qualiter ad emẽdam teneatur & an idem sit dicendum in foro contencioso, quod in foro animæ, vid. glossam quartam. l. 10. per textum ibi. titulo decimo quinto. partita. 7.
CONDEMNARI an possit quis ex probationibus receptis ante litem contestatam, vide glossam primam. l. 2. titulo decimosexto. partita tertia.
Condemnare an possit iudex aliquem ex indicijs indubitatis, vid. gloss. 4. l. 26. titu. 1. part. 7.
Condemnari an debeat illi qui sponte crimẽ suum confessi sunt nullis indicijs præcedentibus, vide glossam secundam. columna 2. ad fi. l. 2. titu. 30. partita. 7.
Condemnare non debet iudex tortum qui metu tormentorum delictum confessus fuit si postea contrarium appareat, vide glossam sextam, & septimam. l. quartæ. per textum ibi. titulo trigesimo. partita septima.
Condemnatus per sententiam ad factum non potest liberari præstando interesse, vid. glo. 3. d. l. 5. tit. 27. par. 3.
Condemnatus ad mortem, an & quando sententia possit exequi de nocte, vid. glo. 7. l. 5. tit. 27. par. 3.
Condemnatus Florentiæ an possit de capitali Perusij, vid. d. gl. 7. in fin.
Condemnatus ad pœnam temporalem non efficitur seruus pœnæ secus si ad perpetuam, vid. gloss. 3. per textum ibi. l. 2. titulo decimooctauo. partita quarta.
Et quid si aliquis non in metallum sed ad aliud opus publicum siue officium fuerit perpetuo damnatus an efficiatur tunc seruus pœnæ, vide ibi. gloss. 4.
Condemnatus ad perpetuam pœnam, an hodie seruus pœnæ esse dicatur. glo. 6. d. l. 2. titulo decimooctauo. par. 4.
Condemnatus perpetuo in insulam, an in tali condemnatione sequatur ibi bonorum ademptio, vid. glo. 8. per tex. ibi. in. d. l. 2.
Condemnatus & ab officio suo remotus propter suam turpitudinem, an ad alios honores in loco suæ Regionis admitti debeat, & an per hoc amittat naturalitatem Regni, vel loci sui tantum quo ad hoc, vid. glo. 3. l. 5. tit. 24. partita. 4.
CONDEMNATVS à duobus in iudicio qualiter vni rem restituere debeat, & sub qua cautione, vide glossam secundam. l. 6. titulo decimo. partita. 3.
Condemnatus ad pretium eo quia remamisit si postea res reuertatur ad creditorem, an rem ipsam vel pretium petere possit, & cuia sit in hoc electio. glo. 4. l. 10. tit. 22. partita. 3.
Et quid si antequam æstimationem soluat res à domino inueniatur, an ad solutionem æstimationis teneatur, vid. ibi. in glo. 5.
Et quid si dominus fecit expensas ad habendam rem, vide dictam glossam quintam. dict. l. 19.
Condemnari an possit quis vt sit perpetuus carnifex vel quod semper aliquod officium exerceat, vid. glo. 5. in medio. l. 2. tit. 5. par. 4.
Condemnati ad mortem debent sepulturam habere & possunt eam eligere vbi voluerint & possunt corpus Christi recipere, vide glo. 3. & 4. per tex. ibi. l. 7. tit. 13. par. 1.
Condemnati per sententiam, & ob executionem incarcerati non liberantur etiam si præstent fideiussores. glossa quarta. l. 41. titulo secundo. partita. 3.
Condemnatum ad mortem ciuilem vel naturalem vel ad membri abscisionem, an cognatus seu alius quilibet pro eo appellare possit, & quid de damnato in eius contumacia ad mortem, vid. glo. 2. & 3. l. 6. titu. 23. partita tertia.
Condemnati ad exhibendum, an & quando ab hoc appellare possint, vide glossam. 6. l. 9. tit. 23. par. 3.
Condemnati per sententiam, an ab ea post longum tempus possit appellare si causa iam cœpta vadit in aliquem locum etiam incommodum reipublicæ non dimisso procuratore, vid. glo. 4. l. 10. ibi.
Condemnati ad torturam, an ab ista sententia appellare possint, vid. gl. 2. l. 13. titul. 23. par. 3.
Condemnati ex duabus causis in duabus pœnis si vna absorbeat aliam, an vtraque imponatur, vide glossam textam. l. 14. titulo vigesimo tertio. partita. 3.
Condemnatus in absentia non præsumitur condemnatus ex contumacia etiam si sit absens ex iusta causa quando probationes sunt liquidæ

sed

Universidad de Deusto Biblioteca

sed propter nullam causam, vide glossam sextam.l.35.titulo quinto. partita quinta.
Condemnatus ad aliquam quantitatem dandam fisco, & priuato totum soluere tenetur fisco, & ipse partem suam dabit priuato, vide glossam nonam.l.53.tit.1.par.5.
Condemnatus in centum propter eius delictum si cum illa dare non possit, succedat in hæreditatem matris suæ, & ipse tunc illam repudiet, an videatur dolosè facere, & an illa centum soluere debeat, & pro eis in talibus bonis possit fieri executio, vide per gloss.2.l.duodecimæ.titulo decimo.partita.5.
Condemnatus ad soluendum si ad hoc ei nullum sit datum tempus, an possit opponere compensationem si offerat se statim liquidaturum, vid.glo.6.l.20.tit.14.par.5.
Condemnatus soluere indebitum, an & quãdo illud postea repetere possit, vide glossas.l. trigesimætertiæ.per text.ibi. titulo decimoquarto. partita.5.
Condemnatus de crimine ad accusandum non admittitur, & quid si tantũ conuictus de eo sit, vide glossam sextam.l.secundæ.titulo primo. partita septima.
Condemnatus de crimine, an de eodem crimine iterum accusari possit, vide glossas.l. duodecimæ.per textum ibi. titulo primo.partita septima.
Condemnatus de crimine siue publico siue priuato, an & quando sit infamis, & an & quando ante vel post sententiam, vid.glossas.l.quintæ. titulo.6.partita.7.
Condemnatus ad mortem an detineri debeat quousque rationes aliquas reddat, & quando, vide glossam quartam.l.11.titulo trigesimoprimo. partita.7.
Et an mulier prægnans condemnata ad mortem debeat detineri vsque dum pariat, vid.ibidem.per illum tex.
CONDEMNATIO expensarum debet à iudice fieri etiam in causa criminali, vide glossam primam.l.octauæ.titulo vigesimosecundo. partita.3.
Condemnatio expensarum, an se extendat ad interesse quod prætendit victor eo quod fuit à negotijs suis propter litem auocatus, vide dictam glossam primam.
Et an in tali condemnatione veniant cibaria, & qualiter istud debeat intelligi, vid.ibidem.
Et quid si victor hospitatus fuit ab amico vel gratis fuit sibi datum patrocinium, vide ibidem.
Condemnatio aliquando fieri potest super non petitis, vide gloss.1.per tex.ibi.l.8.tit.1.par.5.
Condemnatio si fiat in commodum fisci & alterius totum debet solui fisco, & ipse partem suam dare tenetur priuato, vid.glo.9.l.53.titulo quinto.partita.5.
Et quando iudex ad mortis condemnationem vult deuenire quæ inspicere debeat prius, vide glo.2.cum sequentibus.l.26.titulo primo.partita septima.
Et an ex inditijs indubitatis possit ad condemnationem deuenire, vide ibidem.in glo.4.
Et an fieri possit condemnatio quando quis nullis inditijs præcedentibus crimen confitetur, vide gloss.1.colum.2.ad finem.l.2.titul.30. partita septima.
Et an condemnatio ad mortem debeat suspendi interim quod aliquis reddit aliquas rationes, & quando, vide glossam quartam.l.11.titu.31. partita.7.
Et quid in muliere prægnante, an eius condemnatio suspendi debeat vsque dum pariat, vid.d.glo.4.per tex.ibi.
Condemnatio expensarum non se extendit ad expensas malæ factas, vide glo.1.in fine.l.8.tit.22.par.3.
Condemnatio expensarum, an fieri debeat in eum qui à principio iuramentum calumniæ fecit, vid.glo.2.l.8.tit.22.par.3.
Condemnatio expensarum non fiet quando victus iustam litigandi causam habuit, & quæ ista sit, vid.glo.3.ibidem.
Et quid si in certa parte iudicij habuit iustam litigandi causam in alia vero non, & quid si liti cessit, vid.d.glo.3.in fine.
Condẽnatio per iudicem facta an ab ipso minui possit si illud sibi in sententia reseruauit, vid.glo.4.l.22.tit.22.par.3.
Condemnatio etiam si sit in causa criminali, an ad alios extendatur, & quid in alijs rebus, vid.glo.1.&.2.l.4.tit.27.par.3.
Et quid si duæ communitates condemnentur qualiter teneantur, & quid in abbate, & capitulo condemnato, vid.d.glo.2.d.l.4.
Et quid si vna sententia condemnentur hi quia principio erant insolidũ obligati qualiter tunc in executionem mittetur, vid.ibi.glo.3.

Inhonesta, turpis,	Contra substantiam	Nugatoria.
Iudex secularis an possit delinquentem qui in ecclesia delinquit ab ea illum extrahere episcopo irrequisito. vide gl.7.l.12.tit.14.par.3.
Iudex terrenus de occultis non se intromittit sed cœlestis neque ipsa ecclesia. vide gl.16.in prologo.4.partitæ.
Iudex secularis potest contra clericum procedere executiuè ex consequentia officij suscepti non vero per modum iudicij. vide glossam tertiam.l.3.tit.3.part.5.
IVDEX ECCLESIASTICVS potest punire laicum contemnentem ex communicationẽ priuando eum iure sibi in ecclesijs quæsito. vide glo.4.l.32.tit.9.part.1.
Iudex ecclesiasticus potest laicum temporaliter multare si persistat per annum in excommunicatione. vide ibidem.
Iudex ecclesiasticus an cognoscat de crimine ecclesiæ commisso. vide glo.6.in fine.l.35.tit.9.par.1.
Iudex ecclesiasticus cognoscere potest & debet de crimine sacrilegij. vide glo.3.l.6.tit.18.part.1.
Iudex ecclesiasticus an possit cognoscere de crimine adulterij ad pœnã criminalem imponendam licet litigantes non sint de eius iurisdictione temporali. vide glo.10.l.2.tit.9.part.4.
Iudex ecclesiasticus an de causis peregrinorum laicorum possit cognoscere quando vexantur a vel inhumaniter tractantur. vide glo.3.l.27.titulo.8.par.5.
IVDEX MAIOR vel SVPERIOR, Minor vel inferior.
Iudex minor maiorem excõicare nõ poterit. vide gl.6.l.7.tit.9.parti.1.
Iudex maior si tanquam testis coram minore deponat & vacillet an per minorem puniri possit. vide.d.gl.6.
Iudex inferior an possit committere causam cũ clausula appellatiõe remota & quando. vide gl.1.l.13.titu.23.par.3.
Iudex inferior an possit tollere vel indulgere exilium. vide glo.3.l.10.titulo.31.part.7.
IVDEX EXCOMMVNICANS & iudex minor maiorẽ excommunicare non poterit. vide gl.5.l.7.titul.9.par.1.
Iudex bene potest excommunicare existentes extra suum territorium. vide gl.1.in fine.l.9.tit.9.par.1.
Iudex excommunicans non præcedente excommunicatione nihil facit. vide glo.1.l.12.tit.9.par.1.
Iudices a suspensione incipere debent & postea ad excommunicationẽ non vero e contra. vide gl.1.l.14.tit.9.par.1.
Iudex etsi clericus non sit bene absoluit quem ab excommunicatione. vide gl.4.in fine.l.26.tit.9.par.1.
IVDEX CLERICVS & an clericus possit esse iudex arbiter. vide glo.5.l.48.tit.6.par.1.
Iudex etsi clericus non sit bene absoluit quem ab excommunicatione. vide gl.4.in fine.l.26.tit.9.par.1.
IVDEX HAERETICVS siue excommunicatus notorie vel occulte an possit aliquem excõicare. vide gl.6.l.30.tit.9.par.1.
IVDEX QVIS vel QVALIS esse debeat & iudex an possit esse illiteratus qui non scit legere neque scribere & quid iure canonico & Regio. vide gl.2.l.18.tit.9.part.2.
Iudex debet esse mansuetus neq; aliquid suo solo arbitrio facere debet sed secundum leges &c. vide gl.3.&.4.d.l.18.tit.9.par.2.
Iudex debet esse firmus & nihil contra iustitiam facere debet etiam si ex forma statuti ad hoc arctetur. vide gl.5.d.l.18.
Iudex debet esse sapiens in ministranda iustitia & in mente ipsius debẽt esse duo tales. vid. gl.4.in proœmio.3.partitæ.
Et cum iudicat quid inspicere debeat. vid. ibid. in gl.5.in.d. proœmio.
Iudex potest esse seruus cum illud communiter ignoratur. vide glo.9.& 10.l.4.tit.4.par.3.
Et quid e contra si cum iudex liber sit ab omnibus reputatur seruus. vid. glo.fina.d.l.4.
Iudex an possit esse monachus saltim arbiter. vide glossam sextam.d.l. 4.tit.4.par.6.
Iudex an possit esse quis in causa propria de partium consensu & quid in Rege vel imperatore. vide gl.2.l.10.tit.4.par.3.
Iudex an possit esse quis in causa in qua antea fuit aduocatus etiam si a parte non recusetur. vide glo.3.d.l.10.
Iudex esse non potest pater in causa filij siue e contra siue oppositum sit siue non. vide gl.3.l.9.tit.4.part.3.
Iudex esse non potest infamis seu periurus inofficiosus. vide gloss. quartam.l.24.tit.22.par.3.
Iudex coram quo donatio excessiua debet insinuari qualis esse debeat. vide glo.17.l.9.tit.4.par.5.
Iudex qualis esse debeat vt possit hæredi possessionem rerum hæreditariarum dare. vide gl.2.l.2.tit.14.par.6.
Iudex qualis esse debeat vt minori tutorem dare possit & quid si minor sit dominus terræ & iudex ab eo positus fuit. vide glos. secundam.l. 12.titul.16. par.6.
IVDEX TORQVENS reum ad hoc vt tanquam confessum nõ possit appellare si antea de crimine notorie constabat an bene vel malefaciat. vide gl.3.l.20.tit.9.part.2.
Iudex an possit aliquem ex indicijs indubitatis condemnare & an torquere. vide gl.4.l.26.tit.1.par.7.
Iudices non debent quærere nouas & inusitatas species tormentorum, & quando sic. vide gl.2.l.1.tit.30.part.7.
Iudices antequam torqueant aliquem quid inspicere & facere debeant, & an ex processu informatiuo torquere possint. vide glossam secundam.l.2.tit.30.par.7.
Iudex debet per sententiam aliquem ad torturam cõdemnare & ipse poterit appellare. vide ibidem.
Iudex ordinarius debet esse præsens tempore torturæ neque causa ista delegari poterit. vide gl.5.l.3.tit.30.part.7.
Iudex quid interrogare debeat & qualiter illi quem torquet vel iam torsit. vide gloss.7.dict.l.3.per text.ibi.& glo.1.l.4.per illum tex.cum sequentibus.tit.30.part.7.
Iudex qualiter se habere debeat cum torto qui metu tormentorum delictum confessus fuit si postea appareat ille qui delictum commisit. vide glo.6.7.&.8.l.4.per tex.ibi.tit.30.par.7.
Iudex fatuus est & malefacit subijciendo ad torturam illum contra quẽ delictum est plene probatum. vide.d.gl.8.
Iudex qualiter puniatur si iniustè aliquem ad torturam posuit si illum occidit siue non. vide gl.14.l.4.per tex.ibi.tit.30.part.7.
Et quid si Iudex aliquem iustè torqueri iussit excessit tamen modum in torquendo siue dolose siue culpabiliter qualiter tunc veniat puniendus. vide.d.gl.14.d.l.4.
Et quid si iudex seruauit modum in torquendo sed tortus debilitate naturæ sustinere non potuit & mortuus fuit an & quando iudex tuncte neatur & puniri debeat. vide.d.gl.14.in fine.d.l.4.tit.30.par.7.
Iudex quando plures torquere debet a quibus incipere debeat. vide glo. 2.l.5.per tex.ibi.tit.30.par.7.
Iudex ita aliquem torquere debet ne occidatur vel debilitetur. vide glo. 3.ibidem per illum text.
Iudex delegatus an possit testem coram se vacillãtem torquere & quando & qualis. vide gl.1.l.8.per tex.ibi.tit.30.par.7.
IVDEX IVRAT & iudex qualiter iurare debeat tam in maioribus iudicijs quam in alijs. vide gl.2.per tex.ibi.l.26.tit.9.parti.2.
Iudex quid & qualiter iurare debeat ante ingressum officij & quid si administrauerit officium non præstito iuramento. vide glossam.1.l.6.titulo.4.part.3.
Iudex debet se purgare per suum iuramentum si ei crimen Baratariæ oponatur & ei non probetur & quid si nolit iurare. vide glossam.10.l. 26.titu.22.part.3.
IVDEX PERIVRVS & iudex an ex qualibet transgressione sit periurus. vide gl.2.in fine.l.26.tit.9.par.2.
Iudex esse non potest infamis seu periurus in officio suo. vide gloss. 4.l. 24.titu.22.par.3.
IVDEX FVRIOSVS CAECVS vel MVTVS.
Iudex furiosus etiam per dilucida interualla an possit esse iudex ordinarius. vide gl.1.l.4.tit.4.part.3.
Et idem dic in iudice ceco mnto & surdo vel aliter naturaliter impedito vel casu. vide ibidem in glossis sequentibus. dict.l.4.titul.4.in par.3.
IVDEX RECIPIENS MVTVVM vel aliud iudex neque in parua neque in magna quantitate quicquam recipere potest. vide glo.3.l.6.tit.4.par.3.
Et an possint negotio totaliter finito. vide ibidem.
Et quid in iudicibus delegatis & an isti possint finito officio & quid de eorum assessoribus. vide.d.gl.3.ad finem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index materiarum

Iudex recipiens mutuum a fœneratore gratis an videatur corruptus pecunia. vide.d.gl.3.in fine.
IVDEX APPELLATIONIS & iudex appellationum causam delegare non potest & quare in hoc potius quam in alio ita sit. vide glo.4.l.19.tit.4.par.3.
Iudex appellationis si dicat sententiam fore iniustam & appellationem legitimam fore an condemnare videatur. vid.glos.1.l.110.tit.18.par.3.
Iudex appellationis si de iustitia vel iniustitia primæ sententiæ nihil dicat sed ponat verba æquipollentia an sufficiat. vide.gl.3.d.l.110.
Iudex appellationis qualiter pronunciet si prima sententia fuit condemnatoria secunda vero absolutoria. vide gl.5.d.l.110.
Iudex appellationis qualiter pronuntiet quãdo prima sententia fuit nulla. vide.d.gl.5.in finalibus verbis.
Iudex appellationis si sententiam confirmet an ipse illam in executionẽ mittere possit. vide gl.3.l.1.tit.27.par.3.
IVDEX CVRIAE REGIS & iudices curiæ Regis olim dona & hæreditamenta a Regibus recipiebant hodie secus. vide glos.9.l.7.tit.20.in parti.3.
IVDEX CORRVPTVS PECVNIA an videatur si recepit gratis a fœneratore mutuum. vide gl.3.in fine.l.6.tit.4.par.3.
Iudex vnus ex tribus si fuit corruptus pecunia an teneat sententia. vide glo.6.l.15.titu.22.par.3.
Iudex si fuerit dono corruptus qualiter ab illo resilla repetatur. vid.glo.4.l.27.titu.22.par.3.
Iudex si pecuniam a litigatoribus recipiat vt malè iudicet vel vt iustè iudicet vel vt causam cito expediat an restituere teneatur & qualiter. vide gl.1.l.52.per tex.ibi.tit.14.part.5.
IVDEX ACCVSATVS quod grauat in aliquo subditos suos debet citari ante sententiam. vide gl.3.l.6.tit.16.par.3.
Iudex contra quem proceditur per modum inquisitionis non debet citari ante receptionem testium. vide.d.gl.1.d.l.6.
Iudex accusatus de crimine Baratariæ si illud ei non probetur qualiter accusans puniatur. vide gl.9.l.26.tit.22.par.3.
Iudices an & quando accusare aliquem de delicto vel accusari possint & quare non accusent. vide glo.5.l.2.& gloss.l.11. per textum ibi. titulo.19.par.7.
Iudex potest post eius mortem accusari quando pretio recepto vel alio iniustè facto contra aliquem sententiam dedit. vid. glossam.1.l.8.per tex.ibi.titu.1.par.7.
IVDEX RECVSATVR & iudex an possit esse quis in causa in qua fuit aduocatus etiam si a parte non recusetur. vide glossam.3.l.10.titul.4.part.3.
Iudex ordinarius si recusetur quid sit faciendum & ex quibus valeat recusari. vide glo.9.l.22.tit.4.par.3.
Iudex an possit recusari si causam suspicionis præcesit culpa patris. vide glo.9.col.2.in medio.d.d.l.12.
Iudex an possit recusari postquam est in causa conclusum. vide dictam glo.9.in fine.
Iudex an hodie possit post litem contestatam recusari. vide glossam.7.l.8.titu.10.par.3.
Iudex si iniurietur ab appellante ab eo vel ab alio potest illum punire, & qã & an recusari possit in hac pœnæ impositione. vi.gl.1.l.26.ti.23.p.3.
Iudex an possit recusari ab vna partiũ si sit naturalis loci alterius litigatoris & an ita sit iusta recusatio vel non. vid.gl.4.l.4.tit.27.par.4.
IVDICARE non potest mulier & quando sic. vide glo.l.26.titul.6.parti.prima.
Iudicare non potest clericus in causis laicorum. vide glossam primam.l.48.titu.6.part.1.
Iudicare an possit Rex habens plura regna in causis alterius regni ibidẽ ipse non existens. vide gl.15.l.17.tit.4.par.3.
Iudicare est onus & ad illud quis compelli potest tanquam ad onus necessarium. vide gl.1.l.6.tit.17.par.3.
Iudicare non debet quis suam propriam causam & quid in Rege vel imperatore. vide gl.8.l.5.tit.24.par.4.
Iudicare an possit papa in iniuria suæ ecclesiæ facta vel Rex in iniuria regno facta & an in hoc isti differant. vide.d.gl.8.d.l.5.
Iudicari debet in mercatorum curia de bono & æquo omissis iuris solennitatibus. vide gl.in procemio.tit.7.par.5.
IVDICATO ad mortem si illi detur corpus Christi an executio differatur. vide gl.2.in fine.l.4.tit.11.part.1.
IVDICIVM cum minore.25.annorum esse non potest & qualiter ei per iudicem detur ad hoc curator. vid.gl.2.l.11.tit.2.par.3.
Iudicium agitatum cum minus legitima persona valet si in eius fauorem fuerit factum vt est in minore & ecclesia. vide glossam tertiam.l.11.tit.secundo.par.3.
Iudicium communi diuidundo si a non possessore contra possidentem intentetur si prius non egerit rei vendicatione an in eo procedatur. vide gl.9.l.7.tit.10.par.3.
Et quid si petens iudicium communi diuidundo sit in rei possessione an & tunc ipse aliquid probare debeat vel ex quo est in possessione non teneatur. vide ibi.gl.12.
Iudicium soluitur vetante eo qui iudicare iussit. vide glo.7.l.47.titu.18.parti.tertia.
Et ad hoc effectum tria requiruntur quæ vide per glossam primam.l.1.titu.22.par.3.
Iudicium an teneat quando partes litigant coram iudice non suo vel licet iurisdictionem habuerit non tamen exercitium ipsius. vide glo.3.l.15.tit.22.par.3.
Iudicium si sit famosum & ex eo possit oriri infamia iuris vel facti in eo debet seruari solennitas.l.liberorum.ff.de accusationibus. vide glo.3.l.2.titu.9.pa.4.
Iudicium agitatum coram iudice ecclesiastico ad matrimonij separationem an excludat, vt de eodem crimine non possit agi coram iudice seculari. vide gl.5.l.2.tit.9.par.4.
Iudicium an detur in mortuum & quando. vide gl.3.cum alijs ibi.l.7.titu.1.par.7.per illum tex.ibi.& glo.l.23.ibidem.
IVRAMENTVM
In litem
Minoris, pupilli, vel adulti, furiosi vel prodigi
Frangens.
Debitoris
Accusatoris, vel delinquentis.
Iudicum
Fidelitatis
Illicitum
Metu factum
Defertur vel præstatur
In defectum, vel supplementum probationis.
De calumnia
IVRAMENTVM PASTORIS per quod vult ostendere nõ esse in culpa damni dati in grege an illũ liberet vel an alia plenior probatio requiratur. vide gl.11.cum alijs ibid.l.15.per tex.ibi.tit.8.part.5.
Iuramentum an probet plenè casum fortuitum. vide dictam glossam.l.dict.l.15.
Iuramentum an & quando exigatur si illud super quo iuratur sit probatum testibus vel alijs probationibus. vide ibid.in gl.12.
Et an sit locus delationi iuramenti ratione coniecturarum quas reus pro se adducit quando actor plenè probauit. vide ibidem in glossa decimatertia.
Iuramentum præstitum circa factum alienum an illud validet & ad quid iurans teneatur. vide gl.1.in fine.l.11.tit.11.par.5.
Et quid si fecit quantum potuit vt ille tertius faceret & ille facere noluit an liberetur a pœna vel interesse. vide ibid.in gl.2.
Iuramentum vbi interueniret an & quando tunc subueniatur dolũ passo. vide gl.2.l.28.tit.11.par.5.
Iuramentum super rebus illicitis præstitũ vel per vim vel metũ an obliget iurantem. vide gl.4.d.l.28.
Iuramentum præstitum contra bonos mores naturæ vel quasi an valeat & quid si fiat contra bonos mores ciuiles. vide glossam nonam.l.28.titul.11.par.5.
Iuramentum an firmet pactum de futura successione. vide gl.2.l.33.titu.11.parti.quinta.
Iuramentum an habeat vim clausulæ rato manente pacto. vide gloss.3.l.34.titu.11.par.5.
Iuramentum si sit a creditori debitore delatum an per illud debitor liberetur ipso iure vel ope exceptionis. vid.gl.3.l.9.tit.14.part.5.
Iuramentum si sit appositum in secundo testamento an per hoc videatur velle primum testamentum reuocare. vide glossam tertiam.l.22.titul.primo.par.6.
Iuramentum an de iure huius regni apponi possit in contractibus, & in quibus & quid in vltima voluntate. vide glossam secundam. &.7.l.6.titu.4.part.6.
Iuramentum executoris in reddendis rationibus gestorum quando illũ excuset vel non. vide gl.5.l.5.tit.10. par.6.
Iuramentũ debet a tutore præstari quod seruabat res minoris & an per ipsum gesta nullo præstito iuramẽto teneãt. vid.gl.7.l.9.tit.16. par.6.
Et an hoc iuramentum possit remitti per testamentum. vide ibidem.
Iuramentum an dicatur quando quis nuda voce tantum iurat. vide gl.6.post principium.l.6.tit.19.part.6.
Et quid si contractus est inualidus alia ratione quam minoris ætatis, & minor simpliciter iurauit non venire an ex alia causa contrauenire possit. vide glo.8.ibidem.
Iuramentum & forma iuramenti ad omne dubium tollendum quæ sit. vide glo.8.supradict.
Iuramentum firmat contractum de per se inualidum neque irritabitur contractus etiam si rollatur iuramentum quod illum firmauerat. vide gl.9.d.l.6.tit.19.par.6.
Iuramentum emissum calore iracundiæ an valeat. vide glossam primã.l.16.titu.34.par.7.
Iuramentum an sit de substantia absolutionis ab excommunicatione. vide glo.1.l.26.tit.9.par.1.

Iuramentum

Septem Partitarum.

Iuramentum vilium personarum nullum habet pondus, vid.glo.3.l.2.tit.9.partita.2.
Iuramentum principum cum ad regnum assumuntur quale esse debeat, vide gl.2.per tex.ibi.l.5.tit.15.par.2.
Iuramentum fidelitatis est duplex, vid.gl.7.l.5.tit.15.par.2.
Iuramentum prædecessoris an liget successores vt non seruantes sint perpersiurij & quæ obligatio resultet ex tali iuramento, vide glo.11.l.5.tit.15.partita.2.
Iuramentum quid sit & per quem liceat iurare, vide glo.1.& glos.3.l.1.tit.11.par.3.
Iuramentũ quod præstatur reo quando conuentus non inuenit fideiussorem debet esse credulitatis non veritatis assertiuum, vide gl.5.l.41.tit.2.part.3.
Quod iuramentum præstari debent ad iudicis delationem & cum eo debet fideiussor bona sua quæ habet obligare, vid.ibid.
Iuramentum ad hoc vt detur ex probatione semiplena debet esse non solum semiplena sed & verisimilis, vide glo.7.colum.2.l.2.tit.11.partit.3.neque defertur vbi dolus objicitur neque vbi quis venit ad impugnationem sententiæ ex semiplena probatione, vide ibidem. in col.2.in med.neque quando aguntur probationes ad perpetuam rei memoriam, vid.in.d.col.2.post med.
Iuramentum an possita procuratore in iudicio dari per quod omnis lis finiatur si ipse habeat mandatum recipiendi solutionem, vid.gl.1.l.4.titulo.11.par.3.
Iuramentum non habet vim solutionis quo ad alias personas sed solum quo ad deferentem & iurantem, vid.gl.1.l.4.tit.11.par.3.
Iuramentum debet habere tres comites vt per gloss.10.col.11.titulo.11.partitatertia.
Iuramentum vbi peius illum seruare quam non seruare numquam valebit quod contingit.6.modis, vid.13.l.11.tit.11.par.3.
Iuramentum vergens in malum exitum etiam si tantum veniale peccatũ contineat non est seruandus, vid.gl.13.d.l.11.
Et si dubitetur an iuramentum sit illicitum vel non princeps secularis nõ cognoscet de hoc sed papa. vid.ibi.gl.14.
Et an imperator dispenset super iuramento & an episcopus possit illum interpretari, vid.glo.14.d.l.11.tit.11.par.3.
Et si petatur executio propter iurametum an possit opponi exceptio precij non soluti, vid.gl.4.l.12.tit.11.par.3.
Iuramentum perpetuat actionem, vid.gl.3.l.4.tit.11.par.3.
Iuramentum tollit beneficium ætatis & restitutionis in integrum non tamen tollit alios defectus propter quos de iure communi posset conuenire, vi.gl.2.l.16.tit.11.par.3.
Iuramentum ab aliquo alicui datum nocet ei eiusque hæredibus & successoribus, vid.gl.2.l.17.tit.11.par.3.
Iuramentum delatum ab vno ex correis an alijs præiudicet & an requiratur quod sint socij ad hoc vt alijs nocеat, vi.gl.5.d.l.17.
Et an fideiussor qui voluntate debitoris iurauit quod soluerat an habeat recursum contra debitorem. vi.gl.7.l.17.tit.11.par.3.
Iuramentum debet fieri cum facere tei tactura & an sit maioris efficaciæ iuramentum corporaliter quam verbo tenus de iure canonico idem est in vno casu quod in alio etiam si verbo solo iuretur vbi tactura requiritur, vid.gl.1.l.19.tit.11.par.3.
Iuramentum iudei non debet præstari per christum vel euangelia & quaquare nec valeret eius testimonium, vide glossam.1.l.20. titulo.11.in partita.3.
Iuramentum in causis criminalibus semper coram iudice debet fieri nõ obstante quocumque impedimento, vi.gl.4.l.22.tit.11.par.3.
Iuramentum de dilatione malicioſe non petenda in iuramento calumniæ an sit omittendam, vid.gl.7.l.23.tit.11.par.3.
Iuramentum si iurans falsum iuret qualiter puniatur, vid.gl.2. cum alijs ibi.l.26.per tex.ibi.tit.11.par.3.
Iuramentum & homagium an idem sint & in quo differant & alia in hoc vid.gl.5.l.26.tit.11.par.3.
Iuramentum quando quis dicit promitto per fidem meam an per hoc contractus firmetur, vid.d.gl.5.d.l.26.
Iuramentum non extenditur ad incogitata, vid.gl.10.l.27.tit.11.par.3.
Iuramentum adimplere non tenetur ille cui fides prius seruata non fuit vid.gl.4.l.28.tit.11.par.3.
Iuramentum accipitur secundum voluntatem recipientis, vide gl.1.l.29.tit.11.par.3.
Iuramentum vassalli debet esse quod exaltabit dominum suum in quãtum in se sit contra alium quem libet & an ita intelligatur contra personam regis, vi.gloss.19.& gl.20.l.68.tit.18.part.3.
Iuramentum de nõ nubendo an requiratur in matre quæ vult tutelam filij habere vide gl.4.l.65.tit.18.par.3
Iuramentum debet præcedere quando quis instrumentum vult redarguere de falso quod illud malicioſe non faciet, vid.glo.4.l.112.titul.18.partit.3.
Et an tunc sufficiat iuramentum calumniæ quod iam in principio litis datum fuit, vid.ibid.
Iuramentum tabellionis cum creatur qualis esse debeat, vid.gl.5.l.4.tit.19.par.3.
Iuramentum & per illum in personis fide dignis probatur error iuris, vi.gl.7.l.24.tit.22.par.3.
Iuramentum an requiratur ex parte nunciantis aliquod opus nouum & an sine eo nuntiatio valeat, vide glossam primam.l.9.titulo.32.partitatertia.
Iuramentum si interueniat in sponsalibus quid operetur illud. vid.gl.4.l.2.tit.1.in par.4.
Iuramentum malefactum non ligat, vide glo.11.per text.ibi.in.l.8.titul.1.partita.4.
Iuramentum præstari debet a coniugibus quod vnus copulam non impediet altero si de impotentia vnus redarguatur, vid.gl.5.per tex.ibi.l.5.titutu.8.par.4.
Iuramentum si præstetur ab illo qui dicit tempore denunciationis matrimonij ignorasse causam faciat illum admitti post tempus, vi.gl.7.l.5.tit.9.par.4.
Iuramentum an de per se probet & sufficiat ad probandum ignorantiam præcessisse, vid.ibid.in gloss.11.
Iuramentum an confirmet donationem factam inter coniuges constante matrimonio, vid.gl.1.l.4.tit.11.par.4.
Iuramentum alicuius per quod asserit se esse filium alicuius si illud a patre negetur an profit vt ei alimenta statim dentur, vide glossam.2.l.7.tit.19.par.4.
Iuramentum si a feudatario ex conuentione prestari non debeat ad quid feudatarius & tunc teneatur & quid si per errorem iurauit cum ad illud non esset obligatus an incidat in periurium si contraueniat, vide gl.3.l.4.tit.26.par.4.
Iuramentum si cum ex aliquorum conuentione præstari non debuerat fuerit præstitum an contraueniens incidat in periurium, vid.ibid.
Iuramentum est necessarium in concessione feudi vt specialiter fiat quãdo specialia seruitia & speciales conuentiones ibid.interuenerunt, vi.ibid.in gl.5.d.l.4.tit.26.par.4.
IVRAMENTVM IN LITEM defertur a iudice nec pars parti illud deferre poterit, vid.gl.1.l.5.tit.11.par.3.
Sed an iureturin litem propter culpam iam latam, vide glo.3.l.5.titulo.11.par.3.
Et in iuramento in litem an prius debeat iudex taxare vsque ad quãsummam iuretur vel iurare prius, vid.gl.4.d.l.5.
Iuramentum in litem an transeat ad hæredes & an procurator etiam si dominus sit instantiæ illud facere possit, vide glossam.7.d.l.5. titulo.11.partita.3.
Iuramentum in litem datum contra tutores non redentes minoribus veram rationem cum sunt facti maiores, vide glo.1.l.6.titulo vndecimo.partita.3.
Iuramentum in litem datur contra tutores qui licet fecerint inuentariũ non tamen ibi posuerunt omnia bona minoris, vid.gl.3.d.l.6.
Et propter culpam tutoris iuratur in litem contra eum & est speciale in eo, vid.ibi.gl.5.
Et an isto casu iuretur secundum interesse singulare & affectionis, vide ibid.in glo.6.
Iuramentum in litem non datur minori contra hæredes tutoris nisi quãdo esset lis contra defunctum contestata, vide glossam.8.d.l.6.titulo.11.par.3.
Et an qui detulit possit pœnitere & quando, vide glo.11.l.8.titulo vndecimo.par.3.
Et an actor possit deferre iuramentum reo quando ipse actor nihil probauit & ad illud compelli. vi.gl.4.l.8.tit.11.par.3.
Iuramentum in litem an habeat locum in contractibus innominatis & quando agitur officio iudicis, vide glossam sextam.l.11.titulo vndecimo.part.3.
Iuramentum in litem bene admittitur contra depositarium negantem depositum, vid.glo.7.l.8.per tex.ibi. tit.3.par.5.
Iuramentum in litem fit in omnibus contractibus bonæ fidei & in contractibus innominatis, vid.gl.7.l.3. tit.6.part.5.
IVRAMENTVM MINORIS PVPILLI, vel ADVLTI, vel FVRIOSI, vel PRODIGI.
Iuramẽtum minoris an desideretur ad hoc scilicet vt donatio causa mortis ab eo facta teneat, vid.gl.5.l.11.tit.4.par.5.
Et an pactum legis commissoriæ circa pignora firmetur iuramento, vid.gl.4.l.41.tit.5.par.5.
Iuramentũ an ab adulto deferri possit si curatorem habeat, vid.gl.5. in fine.l.4.tit.11.par.5.
Iuramentum prodigi an illum obliget ad obseruantiam contractus iurati, vid.gl.5.l.5.tit.11.par.5.
Iuramentum an firmet contractum adulti cui a iudice est interdictum

V ne contra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne contrahat, vid. glo. 7. d. l. 5.
Iuramentum si præstetur per minorem contrahentem an illum obliget & quando, vide gl. 5. l. 6. per tex. ibi. tit. 19. par. 6.
Et in quibus contractibus ista procedant, vid. ibid. in gl. 7.
Et quale debeat esse hoc iuramentum vt illud obliget & an minor iurãs requiratur quod certioretur de beneficio restitutionis, vide ibidẽ. in gl. ult. 6.
Et an tale iuramentum debeat interuenire in ipso contractu vel sufficiat quod ante vel post præstetur, vid. gl. 6. ad finem.
Iuramentum an excludat minorem a remedio. l. 2. C. de rescindenda venditione. vide gl. 8. l. 6. tit. 19. par. 6.
IVRAMENTVM FRANGENS & iuramentũ frangat ille qui iurauit aliquid non facere sine alterius voluntate si ille moriatur, vid. gl. 3. l. 45. tit. 5. par. 5.
IVRAMENTVM DEBITORIS & iuramentum a debitore præstitum scilicet quod quid certum soluet an tunc admittatur si velit soluere vnum pro alio in casu in quo illud facere potuerat, vid. gl. 2. l. 3. tit. 14. par. 5.
Iuramentum si sit acreditore debitori delatum an per illud debitor liberetur ipso iure vel ope exceptionis, vide glossam. 3. l. 9. titulo. 14. partita quinta.
IVRAMENTVM ACCVSSATORIS, vel delinquentis & iuramentũ an debeat præstari ab accussante aliquem & quando & qualiter, vide glo. 7. & 8. l. 14. per tex. ibi. tit. 1. par. 7.
Iuramentum an debeat præstari statim à delinquente capto, & an si crimen de quo accusatur est occultũ posit licite & sine peccato negare neque suo iudici respondere, vide gl. 3. l. 4. per tex. ibi. tit. 29. par. 7.
IVRAMENTVM IVDICVM Regis tam in maioribus iudicibus quam in minoribus quale esse debeat, vide glossl. 2. l. 26. tit. 9. partita secunda.
Et quid si intrauerint officium sine eo quod præstiterint iuramentum an sint expellendi, vid. ibid. in gl. 6.
Iuramentum qualiter iudices illud præstare debeant ante officij susceptionem & quid si administrare cœperint ante iuramentum, vid. gl. 1. l. 6. tit. 4. par. 3.
IVRAMENTVM FIDELITATIS est duplex, vid. gl. 7. l. 5. tit. 15. par. 2.
Et in iuramento fidelitatis quod a vassallis præstatur semper persona regis excipitur, vid. gl. 11. l. 10. tit. 25. par. 4.
Iuramentum fidelitatis quod a vassallo vel feudatario fit quando recipit feudum a domino quale esse debeat in se & an posit præstari per procuratorem, vid. gl. 3. l. 4. tit. 26. par. 4.
Iuramentum fidelitatis an debeat interueneri etiam quando sunt limitata seruitia, vid. gl. 5. l. 4. tit. 26. par. 4.
Iuramentum fidelitatis an inuestituram præcedere debeat vel e contra, vid. glo. 5. d. l. 4. tit. 26. par. 4.
Iuramentum fidelitatis debet a filio feudatarij domino feudi intra annũ præstari & a quo tempore annus iste debeat incipi computari & an idẽ sit dicendum in filiabus fœminis, vid. gl. 4. l. 10. tit. 26. par. 4.
Et quid si eius pater iurauit pro se & successoris suis, vid. ibid.
IVRAMENTVM ILLICITVM sex modis dicitur, vide gl. 13. l. 11. tit. 11. par. 3.
Et si dubitetur an iuramentum sit licitum vel non princeps secularis non cognoscit de hoc sed papa, vid. ibid. in gl. 14.
Iuramentum illicitum potest quis propria authoritate reuocare & quid si dubitetur, vid. gl. 15. l. 11. tit. 11. par. 3.
Et instante necessitate potest quis venire etiam contra licitum & honestum iuramentum, vid. d. gl. 15. l. 11.
Iuramentum super rebus illicitis præstitum vel per vim vel metum an obliget iurantem, vid. gl. 4. l. 28. tit. 11. par. 5.
Iuramentum præstitum contra bonos mores naturæ vel quasi an valeat & quid si fiat contra bonos mores ciuiles, vid. per gl. 9. l. 28. tit. 11. par. 5.
IVRAMENTVM METV FACTVM quando excuset iurantem ne ad obseruantiam talis iuramenti teneatur, vid. glo. 2. l. 29. titulo. 11. par. 3.
Et quando adfuit iustus metus poterit iudex secularis compellere recipientem tale iuramentum vt illud relaxet, vid. d. gl. 2.
Iuramentum metu extortum in casu a lege prohibito nõ obligat ipso iure & quare, vide. d. gl. 2. in fine & glo. 4. l. 28. tit. 11. par. 5.
Sed an & tunc talis iurans indigeat absolutione, vid. ibid.
Iuramentum super rebus illicitis præstitum vel per vim vel metum an obligetiurantem. vid. gl. 4. l. 28. tit. 11. par. 5.
IVRAMENTVM DEFERTVR, vel prestatur.
Et iuramentum quod præstatur reo quando conuentus non inuenit fide iussorem debet esse credulitatis nõ veritatis assertiuum, vid. gl. 5. l. 41. tit. 2. par. 3.
Quod iuramentum debet præstari ad iudicis delationem & cum eo debet bona sua quæ habet obligare, vid. ibid.
Iuramentum quando a iudice partibus deferri debeat & super qua quantitate, vid. gl. 6. l. 2. tit. 11. par. 3.
Iuramentum debet præstari vbi non adest plena probatio si adsit semiplena quod limitatur. 80. modis, vid. remissiue gl. 7. l. 2. tit. 11. par. 3.
Et quid si vltra vnum testem adesset alia præsumptio an tunc etiam si sit causa magna sit deferendum iuramentum, vid. d. gl. 7.
Et ad delationem iuramenti non est procedẽdum nisi causa cognita qui adelatio magis nititur æquitate quam rigore quam iudex præ oculis habere debet, vide ibid.
Neque ad delationem iuramenti est procedendum quando recurritur ad ecclesiam propter defectum iudicis secularis, vide. d. glo. 7. in med. & in colum. 1.
Et ista talis probatio dicitur extra ordinaria, vide ibi. in medio. & colum na tertia.
Iuramentum defertur in defectum probationis contra præsumptionem consuetudinis, vid. gl. 1. l. 2. tit. 11. par. 3.
Et an deficiente probatione deferatur iuramentum si agatur contra officialem in syndicatu, & per eum condemnetur, vid. ibid.
Iuramentum cum defertur an debeat pars citari & an hoc delationis transeat in hæredem, vid. d. glo. 7. col. 2. in princ.
Iuramentum debet deferri habenti testem integrum pro se etiam si paraduersa alium minus integrum pro se adducat, vid. d. gl. 7. col. 2. & 3. ad fidem. d. l. 2. tit. 11. par. 3.
Iuramentum non defertur petenti aliquem in seruum neque quando requiritur apertissima probatio, vide. d. gl. 7. col. 2. ad finem.
Iuramentum non defertur homini facili & prompto ad iurandum etiã in defectum probationis, vide. d. glossam. 7. in fine. l. 2. titulo vndecimo. par. 3.
Iuramentum an debeat deferri per iudicem etiam parti non petenti, vide glo. 8. l. 2. tit. 11. par. 3.
Et an iuramentum posit recusare etiam non referendo, vid. ibid. in gl. 9.
Iuramentum in pœnis non defertur in supplementum probationis, vid. d. gl. 7. col. 2. ad finem, l. 2. tit. 11. par. 3.
Iuramentum an posit deferri infanti, vide glossam tertiam. l. 3. titulo. 11. par. 3.
Iuramentum in iudicio an deferatur filiofamilias quo ad peculium & quando, vid. gl. 5. l. 3. tit. 11. par. 3.
Et an actor posit deferre iuramentum reo quando ipse actor nihil probauit & ad illud compelli, vid. gl. 4. l. 8. tit. 11. par. 3.
Iuramentum a iudicio an posit heri & deferri per agentem res populi in iudicio & an idem in actione populari, vide glossam. 1. l. 10. titulo. 11. partita 3.
Iuramentum an posit deferri in causis criminalibus, vide glo. 3. l. 10. tit. 11. partita. 3.
Iuramentum delatum ab vno ex correis an alijs præiudicet & an requiratur quod sint socij ad hoc vt alijs noceat, vide glossam. 5. l. 17. titulo. 11. par. 3.
Et an hæiussor qui voluntate debitores iurauit quod soluerat an habeat recusum contra debitorem, vid. gl. 7. l. 17. tit. 11. par. 3.
Iuramentum præstari debet a coniugibus quod vnum copulam non impediet altero si de impetentia vnus redarguatur, vid. gl. 5. per tex. ibi. l. 5. tit. 7. par. 4.
Iuramentum si præsletur ab illo qui dicit tempore denuntiationis matrimonij ignorasse causam an faciat illum admitti post tempus, vid. gl. 7. l. 5. tit. 9. par. 4.
Et an sit locus delationi iuramento ratione coniecturarum quas reus pro se adducit quando actor plene probauit, vide glo. 13. l. 15. titulo octauo. partita. 5.
Iuramentum si sit a creditore debitori delatum an per illud debitor liberetur ipso iure vel ope exceptionis, vide glo. 3. l. 9. tit. 14. par. 5.
Iuramentum debet a tutore præstari quod seruabit res minoris & an per ipsum gesta nullo præstito iuramento teneant, vid. glo. 7. l. 9. titulo. 16. partita. 6.
Et an hoc iuramentum posit remitti per testatorem, vid. ibid.
Iuramentum an debeat præstari ab accusante aliquem & quando & qualiter, vid. gl. 7. & 8. l. 14. per tex. ibi. tit. 1. par. 7.
Iuramentum an debeat præstari statim a delinquente capto & an si crimen de quo accusatur est occcultum posit licite & sine peccato negare neque suo iudici respondere, vid. gl. 3. l. 4. per illum tex. ibi. titu. 29. par. 7. vid. infra in versi. SEQVENTI.
IVRAMENTVM IN DEFECTVM, vel in supplementum probationis.
Et iuramentum debet præstari vbi non adest plena probatio si adsit semiplena quod limitatur. 80. modis quos remissiue, vid. per gl. 1. l. 2. tit. 11. par. 3.
Et quid si vltra vnum testem ad esset alia præsumptio an tum etiam si sit causa magna sit deferendum iuramentum, vid. d. gl. 7.
Iuramentum non defertur in defectum probationis contra præsumptionem con-

nem consuetudinis, vid. d. gl. 7. d. l. 2. tit. 11. par. 3.
Et ad delationem iuramenti non est procedendũ nisi causa cognita quia delatio magis nititur æquitate quam rigore quem iudex præ occulis habere debet, vid. ibid.
Et ista probatio per iuramentum proprie non dicitur probatio sed est extra ordinaria probatio, vid. d. gl. 7. in med. & col. 2.
Neque ad delationem iuramenti est procedendum quando recurritur ad ecclesiam propter defectum iudicis secularis, vid. ibid. neque alijs casibus de quibus ibid.
Et an deficiente probatione deferatur iuramentum si agatur contra officialem in syndicatu & per eum condemnet, vid. ibid.
Iuramentum in defectum probationis an detur concremanti & destruẽti instrumentum debiti, vid. gl. 7. col. 2. l. 2. tit. 11. par. 3.
Et an iuramenti delatio detur ex vno tantum teste in iudicio possessorio vi. d. gl. 7. col. 2. post principium.
Iuramentum ad hoc vt detur ex probatione semiplena debet esse non solum semiplena sed & verisimilis, vid. d. gl. 7. col. 2.
Nec defertur vbi dolus obiicitur neque vbi quis venit ad impugnationẽ sententiæ ex semiplena probatione, vide ibid. in col. 2. in med.
Neque quando aguntur probationes ad æternam rei memoriam, vide ibid. in d. col. 2. post med.
Iuramentum in pœnis non defertur in supplementum probationis, vi. d. gl. 7. col. 2. circa fin. d. l. 2. tit. 11. par. 3.
Iuramentum nõ defertur in supplementum propter testes singulares singularitate obsitiua. vi. in. d. col. 2. ad finem.
Iuramentum non defertur in supplementum probationis cum agitur de probanda inimicitia, vid. ibid. in. d. col. 2. ad finem.
Iuramentum non defertur homini facili & prompto ad iurandum etiam in defectum probationis, vid. d. glo. 7. in fine. d. l. 2. tit. 11. par. 3.
Iuramentum in defectum probationis an admittatur in caulis matrimonialibus & quando, vid. gl. 7. l. 10. ti. 11. par. 3. vid. supra in versiculo proxime præcedenti.
IVRAMENTVM DE CALVMNIA & an iuramentum de dilatione malicioſe non petenda in iuramento calumniæ sit omittendum, vid. gl. 7. l. 23. tit. 11. par. 3.
Iuramentum de calumnia an præsletur per procuratorem & quando, vi. gl. 9. l. 23. tit. 11. par. 3.
Iuramentum de calumnia quod in principio litis datum fuit an sufficiat illi qui vult instrumentum de falso redarguere an vero aliud iuramentum illi necessarium sit quod illud malicioſe non faciet, vid. gl. 4. l. 12. tit. 18. par. 3.
Iuramentum calumniæ a condemnatione expensarum a iudice facienda vid. gl. 2. l. 8. tit. 22. par. 3.
IVRANS non aduocare in palatio poterit sine metu periurij pro pupillis & coniunctis personis aduocare, vid. gl. 3. l. 11. tit. 6. par. 3.
Iurans falsum si sit minor an puniatur pœna periurij & quando, vid. gl. 3. l. 7. tit. 11. par. 3.
Iurans super causa populi vel iuramentum deferens alijs de populo præiudicet, vid. gl. 1. & 2. l. 10. ti. 11. par. 3.
Iurans falsum in litem qualiter puniatur, vide glo. 2. cum alijs ibi. l. 26. tit. 11. par. 3.
Iurans soluere ad certum terminum sciens quod illud non poterit adimplere si cedat bonis an sit periurus, vid. gl. 2. l. 17. tit. 11. par. 3.
Iurans aliquem obedire non tenetur ei parere si præcipiat illicita & quid si offenso præcipiat vt exeat a ciuitate, vid. gl. 8. l. 27. tit. 11. par. 3.
Et quid de eo quiſe commiſsit misericordiæ alicuius si ipse illicita præceperit, vid. d. gl. 8. d. l. 27.
Iurans aliquid per metum an ad obseruantiam iuramenti teneatur & an in isto casu absolutionem petere debeat, vid. gl. 2. & 3. l. 29. tit. 11. par. 3.
Iurans seruare pactum legis commissoriæ in pignoribus an iuramento stringatur vel illum obliget, vid. gl. 4. l. 41. tit. 5. par. 5.
Iurans non venire contra contractum venditionis an posit intentare remedium. l. 2. C. de rescindenda venditione si vltra dimidiam decipiatur, vid. gl. 11. l. 56. tit. 5. par. 5.
Et quid in minore. 14. annorum vel in maiore. 25. & quid si læsio sit enormis, vid. ibid. in gl. 12.
Iurans factum alienum an obligetur iuramento & quid iurasse videatur, vide gl. 1. in fine. l. 11. tit. 11. par. 5.
Et quid si fecerit quantum potuit vt ille tertius faceret & ille noluit an liberetur a pœna vel interesse, vide ibid. in gl. 2.
Iurans facere illicitum vel per vim vel metum an obligetur iuramẽto, vi. gl. 4. l. 28. tit. 11. par. 5. & glo. 2. l. fin. tit. 11. par. 3.
Iurans soluere ad certum terminum an liberetur a periurio per compensationem, vide glo. 1. l. 20. tit. 14. par. 5.
Iurans non venire contra contractum siue impubes siue minor sit an & quando ad obseruantiam obligetur, vi. gl. 5. 6. 7. 8. & 9. l. 6. per tex. ibi. titul. 19. partita. 6.
Iurans contractum tunc de nouo contrahere videtur, vide. d. gloss. 5. post principium.
Iurans veritatem dicere cum de crimine accussatur an illud licite & sine peccato negare posit si crimen sit occultum & quando, vid. plura de hoc per gl. 3. l. 4. tit. 29. par. 7.
Iurans calore iracundiæ an obligetur iuramento, vide gl. 1. l. 16. titulo. 34. partita. 7.
IVRARE de nouo non tenetur notarius qui vadit ad aliquam inquisitionem cum iudice inquisitore, vid. gl. 5. l. 9. tit. 17. par. 3.
Iurare an debeat minor donationem causa mortis quam ipse facit ad hoc scilicet vt illa valeat, vid. gl. 5. l. 11. tit. 4. par. 5.
Iurare an debeat executor testamẽtarius a testatore datus antequam sibi tradantur bona testatoris, vid. gl. 4. l. 5. tit. 10. par. 6.
Et an liberetur per iuramentum si aliter rationem de gestis per eum rede re non posit. vid. ibid. in gl. 5.
Iurare an debeat criminosus statim quod de delicto accusatur, vid. gl. 3. in princ. l. 4. tit. 29. par. 7.
Et an post quam iurauit veritatem dicere illam licite & sine peccato negare posit si crimen de quo accusatur sit occultum etiam si a suo iudice interrogetur, vid. plura per gloss. 3. l. 4. titulo. 29. par. 7. per illum textum ibidem.
IVRISDICTIO quæ olim erat penes decanum hodie est penes episcopum, vid. gl. 4. l. 3. tit. 6. par. 1.
Iurisdictio recte est apud infideles neque peccant iurisdictionem exercendo, vid. gl. 3. l. 17. tit. 6. par. 1.
Iurisdictio episcopi vendi non potest sine vicio simoniæ & quid in iurisdictione temporali, vid. glo. 2. l. 8. tit. 17. par. 1.
Iurisdictio in omnibus & per omnia est annexa imperatori vel regi in regno suo si non recognoscat superiorem, vid. gl. 7. l. 2. tit. 1. par. 2.
Iurisdictionem suppremam habet rex in castris & locis donatis ab eo vel aliorum dominorum, vid. gl. 12. l. 22. tit. 13. par. 2.
Iurisdictio per possessorem maioriæ loco suo acquisita an successor in maioria illam habere posit titulo maioriæ, vid. gl. 10. col. 4. in fine. l. 2. tit. 15. partita. 2.
Iurisdictio ordinaria coheret territorio & est sicuti nebula super paludẽ, vid. gl. 8. l. 1. tit. 4. par. 3.
Iurisdictio desiderat territorium sicuti seruitus fundum, vide gloss. 5. l. 17. tit. 4. par. 3.
Iurisdictio simpliciter concessa ibi non veniunt ea quæ tangunt merum imperium, vid. gl. 1. l. 7. tit. 18. & gl. 4. l. 18. tit. 4. par. 3.
Iurisdictio suprema & alia ea excepta per quantum tempus præscribi debeat, vid. gl. 3. l. 6. tit. 29. par. 3.
Iurisdictio & qualiter in iurisdictionalibus acquiratur quasi possessio plura de hoc, vid. per gl. 4. l. 1. tit. 30. par. 3.
Iurisdictionem omnimodam habere præsumitur in loco aliquo ille qui ibidem furcas habuit erectas per. 30. annos licet illo tempore nullus ibi fuerit suspensus quia casus non contingit, vid. gl. 8. l. 15. tit. 31. par. 3.
Iurisdictio vna per aliam adiuuari potest, vide glo. 3. in principio. d. 5. titu. 3. par. 4.
Iurisdictio an sit penes aliquem dominum qui in solo proprio villam seu castrum ædificauit de nouo an vero talis iurisdictio sit penes ciuitatem cui locus ille a propinquatur & subest, vid. gl. 4. l. 9. tit. 4. par. 5.
Iurisdictio an veniat in generali concessione principis de aliquo territorio facta & quando, vid. d. gl. 4. d. l. 9. tit. 4. par. 5.
Et quid si donatarius ille in illo loco sibi donato de nouo populum construxerit, vi. ibid.
Iurisdictio alicuius populi si assignetur alicui pro maioria ã ex hoc videatur donare maioriæ omnia alia iura & reditus villarum, vid. ibid.
Iurisdictio est ius incorporale neque transit sine cessione est enim species seruitutis. vid. gl. 3. l. 6. tit. 10. par. 5.
Et quid in socio habente iurisdictiouem in aliquo loco an eius socius omnium bonorum admittatur sine mandato ad aliquid faciendũ, vi. ibi.
Iurisdictio an posit pignorari & quando, vide per glo. 2. l. 2. titulo. 13. partita quinta.
Et an creditor posit vti iurisdictione in castro sibi pignorato, vid. ibid.
Iurisdictio & dominium an sit apud infideles, vid. glo. 3. col. 2. ad finem. l. 2. tit. 23. par. 2.
Iurisdictionem non habentes an possint voluntate parti prorogare de loco ad locum vel aliter, vide gl. 1. l. 47. tit. 18. par. 3.
Et quid si iudex non potest cognoscere nisi vsque ad certam quantitatẽ an tunc per partes sit locus prorogationi, vid. ibid.
Iurisdictio prorogata in delegatum an expiret quando finitur causa principalis sibi delegata, vide dict. gl. 1. in fine. d. l. 47. titulo decimooctauo. partita. 3.
Iurisdictio delegata extenditur ad accessoria rebus de quibus fit commissio & sic ad fructus, vid. gl. 4. d. l. 47.
Iurisdictio an transeat in concessione seu venditione quæ fit alicuius ville, vide glossam octauam. l. 68. titulo decimooctauo. partita tertia. & ibi. glo. 13.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iurisdictio venit cum legato principali estque accessoria ad bona in quibus sub si sunt, vid. d. gl. 13.

Et an in a sit si tale accessorium sit nobilius suo principali vid. ibid.

Iurisdictio & an in criminalibus habeat locum prorogatio iurisdictionis & quando & qualiter, vid. gl. 2. l. 15. per tex. ibi. tit. 1. par. 7.

Iurisdictio an videatur prorogata per confessionem factam coram iudice incompetenti alias habenti merũ imperiũ in criminalibus, vi. ibid.

Iurisdictio iudicis an per reum accusatum de crimine videatur prorogata quando ipse exceptiones quas habebat ad exclusionem iudicij non posuit, vid. ibid. in gl. 3.

Et an & quando iudex propriusteneatur habere ratam talem prorogationem alterius iudicis in criminalibus, vid. gl. 4. d. l. 15. tit. 1. par. 7.

IVRIS IGNORANTIA quando excuset, vid. breuem & elegantem distinctionem per gl. 2. l. 20. tit. 1. par. 1.

IVRIS ERROR an excuset mulieres vel minores, vi. gl. 2. l. 20. tit. 1. p. 1.

IVRIS PERITVS seruare debet tempora sicuti medicus, vid. glo. 2. l. 12. tit. 22. par. 3.

IVS

Ius patronatus
Ius commune
Ius Regium
Ius pignoris
Iura feudorum
Ius gentium
Ius offerendi
Ius creandi
Ius naturale
Ius naturalitatis

Ius competens
Ius visitandi
Ius diuinum
Ius collectandi
Ius canonicum & ciuile
Ius reuendendi
Ius hospitandi
Ius retentionis
Iura sanguinis
Iura singularia

Iura personalia
Ius pasculandi
Ius exequendi
Ius aquæ ducendæ
Ius accrescendi
Ius de libe randi
Ius agendi ad supplementum

IVS oritur ex facto, vid. gl. 12. l. 2. tit. 21. par. 3.

Ius & an dicenti sibi ipsi ius amittat vel consequatur præmium legale, vi. gl. 7. in fine. l. 46. tit. 5. par. 5.

IVS PATRONATVS quibus de causis cuique attribuatur & an vna illarum tantum sufficiat, vid. gl. 3. l. 1. tit. 15. par. 1.

Ius patronatus an ex consuetudine vel præscriptione alicui acquiratur, vi de ibidem.

Ius patronatus an posit de assensu veri patroni in eum qui patronus non est transferri. vid. ibid.

Ius patronatus an acquiratur ex reædificatione vel reparatione alicuius ecclesiæ, vid. ibid.

Ius patronatus acquiritur ex sola assignatione loci cũ voluntate episcopi, vid. gl. 4. d. l. 1. tit. 15. par. 1.

Ius patronatus qui habeat in aliqua ecclesia, an ille, qui ædificare cœpit, & pœnituit an ille, qui opus perfecit. vid. glo. 5. di. l. 1.

Ius patronatus an posit acquiri in monasterio religiosorum illis inuitis, vide ibidem.

Ius patronatus acquiritur ex fundatione, constructione vel dotatione etiam si construens expresse non resseruet sibi tale ius vi. gl. 6. ibid.

Ius patronatus successio fit instirpite & non in capita & ita valet vox duorum filiorum hæredum vnius patroni sicuti vox decem filiorum alterius patroni quando patres erant patroni, vi. gl. 2. l. 8. tit. 15. par. 1.

Ius patronatus an transeat ad filios Bastardos, vi. ibid. in gl. 3.

Ius patronatus an posit de voluntate testatoris ad hæredes sanguinis tantum transire, vid. ibid. in gl. 4.

Ius patronatus an transeat in fideicommissarium & an in eo succedant tam masculi quam fœminæ, vid. ibid.

Ius patronatus transit in illum in quem transit hæreditas, vid. glo. 4. l. 8. tit. 15. par. 1.

Et ideo si filius renunriet hæreditati paternæ non retinebit ius patronatus ecclesiæ libertorum vero sic, vid. ibid.

Et quid si adsit consuetudo quod ius patronatus esset penes primogenitũ vide ibid.

Ius patronatus acquiritur sola hæreditatis aditione licet nondum sit in possessione bonorum, vid. ibid.

Ius patronatus donari potest & an requiratur consensus episcopi & quid si sine causa nolit consentire, vi. gl. 6. d. l. 8. tit. 15. par. 1.

Et quid si patronus velit ius suũ compatrono donare an talis consensus requiratur, vid. ibid.

Et an talis consensus debeat præstari ante factam donationem vel post, vide ibid. in gl. 7.

Ius patronatus cum vniuersitate vendi potest per se vero non & an cum vniuersitate possit locari & pignori dari vel in dotem dari, vi. ibi. in gl. 8. d. l. 8.

Ius patronatus potest locari & interim ille cui locatur habebit ius præsentandi si ad longum tempus locetur alias non, vide gl. 1. l. 9. titu. 15. par. 1.

Ius patronatus non potest cũ vniuersitate pignorari neque creditor interim præsentauit nisi sit exceptum, vid. ibi. in gl. 2.

Ius patronatus an possit vni ex hæredibus per iudicem in diuisione hereditatis adiudicari, vid. gl. 1. l. 12. tit. 15. par. 1.

Ius patronatus an possit per testatorem vni ex hæredibus adiudicari, vide ibidem.

Ius patronatus ecclesiasticum quando dicatur, vide glossam. 7. l. 3. titul. 15. par. 1.

Ius patronatus competens laico vel clerico ratione sui patrimonij legatus a latere illud beneficium conferre non poterit, vide glo. 9. l. 13. supra. d. tit. 15. par. 1.

Ius patronatus quæsitum ex præscriptione an idẽ sit quoad omnia quod si fundatione fuisset quæsitum, vid. ibid.

Ius patronatus competens alicui ex priuilegio an legatus a latere possit eo inuito præsentare, vid. ibid. ad finem.

Ius patronatus qua de causa a laicis possideatur, vid. gl. 1. l. finalis per tex. ibi. tit. 15. par. 1.

Ius patronatus an veniat in concessione vel venditione villę seu castri, vi de gl. 8. l. 68. tit. 18. par. 3.

Ius patronatus & qua si possessio ipsius per quos actus acquiratur, vid. gl. 4. ad med. l. 1. tit. 30. par. 3.

Ius patronatus & an in eo succedat filius legitimatus per regem siue imperatorem cum illud sit spiritualibus annexum, vid. gl. 20. l. 4. titulo. 15. partita. 4.

Ius patronatus liberti ex quibus causis perdatur neque sit, vid. gl. l. 11. per tex. ibi. ti. 22. par. 4.

Ius patronatus an perdatur per ex actionem operarum liberti & an per solam impositionem, vid. ibid. in gl. 9.

Ius patronatus an amittat patronus non solum propter ex actionem operarũ a liberto factum sed etiam quo ad alia iura & vt illi non possit succedere ab intestato, vid. gl. 10. per tex. ibi. l. 11. tit. 22. par. 4.

Et idem quod dicitur in patrono locum habet in filijs eius ascendentibus & cognatis, vid. ibid. in gl. 11.

Ius patronatus quando possit cum vniuersitate vendi vt iustè in emptorẽ transeat, vid. gl. 4. l. 15. tit. 5. par. 5. & gl. 8. l. 8. tit. 15. par. 1.

Et an tale ius transeat ex venditione villæ licet de eo nihil neque de pertinentijs dictum sit, vid. gl. 5. d. l. 15.

Ius patronatus an possit pignorari, vid. gl. 2. l. 2. tit. 13. par. 5.

Ius patronatus ecclesiæ an transeat in substitutum fideicommissarium, vid. gl. 11. in fine. l. 12. tit. 5. par. 6.

Et propter ius patronatus quis non dicitur locupletior vt propter ipsum possit pecuniariter grauari, vid. gl. 2. l. 6. tit. 9. par. 6.

Et an hæres possit ratione iuris patronatus a iquem præsentare ante possessionem rerum hæreditariarum acquisitam, vid. gl. 3. ad finem. l. 1. titul. 14. par. 6.

IVS COMMVNE non trahit ad se maleficium fictum per statutum. vide gl. 1. col. 2. in prin. in prooemio. tit. 1. part. 4.

Ius commune & an deficiente iure Regni sit ad ius commune vel ad ius canonicum recurrendum. vide gl. 2. in fine. l. 8. tit. 14. par. 5.

Ius commune nunquam per leges partitarum corrigitur nisi quando interuenit expressum, vide gl. 3. l. 9. per tex. ibi. tit. 13. par. 6.

IVS REGIVM id deficiat debet potius ad ius canonicum recurri quam ad leges imperatorum, vi. gl. 2. in fine. l. 8. tit. 14. par. 5.

Ius Regium non corrigit ius commune nisi quãdo inuenitur expressum vid. gl. 3. l. 9. per tex. ibi. tit. 13. par. 6.

IVS PIGNORIS an resoluatur venditore offerente pretium quando inter ipsum & emptorem fuit conuentum vt pretio sibi reddito venditori res reddatur si emptor rem illam sic emptã pro pignore alicui dedit, vid. gl. 7. ad finem. l. 42. tit. 5. par. 5.

Ius pignoris an soluatur debitore conferente si creditor recipere recusauerit, vid. gl. l. 38. per tex. ibi. tit. 13. par. 5.

IVRA FEVDORVM an a populo romano an vero a consuetudine processerint, vid. gl. 1. l. 1. tit. 26. par. 4.

Iura feudorum non semper a legibus partitarum sequũtur, vid. glo. 7. per tex. ibi. l. 6. tit. 26. par. 4.

Locatio & venditio & qualiter cognoscatur, an sit venditio vel locatio, vide glo.4.in fine.l.34.tit.5.par.5.

Et an in contractus locationis excedat dimidiam iusti pretij, an locatio valeat, vid.glo.4.in prin.l.56.tit.5.par.5.

Et quid in locatione gabellarum, an si quis decipiatur vltra dimidiam iusti pretij illud allegare posit, vid.d. glo.4.in medio.

Locatio an transeat in hæredem quando artifex certum artificium facere promisit, & antea decesit, vide glossam tertiam.l.2.titulo octauo.partita.5.

Locatio prædecessoris an obliget successorem siue in maiorijs vel baronijs, vel in prælato ecclesiæ, vel in Papa vel in marito locante fundum vxoris, & plenissimè de hoc, vid.glo.4.l.2.tit.8.par.5.

Locatio extinguitur ipso iure ex defectu potestatis locantis nec valet ad maius tempus quam locans esset victurus, vid.d.glo.4.col.1.

Locatio ad longum tempus creditur esse damnosa eo quod processu temporis redditus crescunt, vid.d.glo.4.col.2.in medio.

Et quando res quæ locatur est deputata ad certam vsum in dubio semper intelligitur locata & conducta ad illum vsum, vid.glo.1.l.3.titu.8.partita.5.

Locatio licet sit pro pluribus annis tamen solui debet in fine anni quando aliud dictum non fuit si pensio fuit per singulos annos distributa, & quid si inquilinus ex causa migrat, an pensio debeat solui ante finem anni, vid.glo.1.l.4.ibidem.

Et quando pensio est soluenda de fructibus alicuius rei tunc non debetur ante fructus perceptos, vid.ibidem.

Et an durante locatione inquilinus à domino expelli posit eo quod pēsionem non soluit, vid.glo.1.l.5.tit.8.par.5.

Et an indistinctè omnia bona inuecta in domo conducta sint domino obligata pro pensione, vel tantum illę res quæ in domo reperiuntur eo tempore quo dominus vult habere pensionem, vide ibidem.in glossa 2.& glo.4.

Et quid si primus conductor alij locauit, an illatæ per secundum conductorem sint obligatæ domino, vid.d.glo.4.

Et de quibus rebus ibidem illatis hoc sit intelligendum, vid.dict.glos.4.dictæ.l.5.

Et quid in rebus minoris ibidem illatis vid.ibidem.

Et quid si locator per pactum sibi prouidit de speciali hypotheca in certis bonis, an tacita hypotheca in cæteris bonis locum habeat, vide ibidem.

Locatio an ante tēpus finiri posit ex iusta causa, & an tunc dominus propria authoritate illud facere posit, vid.glo.1.l.6.cum alijs ibid.titul.8.partita.5.

Locatio rei facit locatorem præsumi dominum, vide glo.1.l.18.titulo.8.partita.5.

Locatio ad vitam conducentis, an dicatur perpetua, vid.glo.7.l.19.tit.8.partita.5.

Locatio ad decennium & vltra si postea res illa à locatore vendatur, an colonus posit per emptorem expelli, vid.d.glo.7.

Locatio ad longum tempus facit conducentem dominum vtilis dominij, vid.glo.7.d.l.10.

Locatio an duret finito tempore locationis si locans ibidem remansit, & an videatur reconducere, vide glossam primam.l.vigesimæ.titulo.8.partita.5.

Locatio an adhuc duret si conductor post finitum tempus conductionis in domo vel prædio conducto per aliquod tempus remanserit, & quādo, & qualiter hoc procedat, vide glossam.3.&.4.d.l.20.titulo.8.partita quinta.

Et an idem sit quando locatio fuit facta ad decennium siue fiat in scriptis vel sine, vid.d.glo.4.col.1.

Et an idem sit dicendum in prædio vrbano quod in rustico, vid.ibidem.in glossa.6.

Locatio propriè an dicatur quando pensio soluitur in pecunia, vid.glo.2.l.22.titulo.8.par.5.

Et an emphyteota posit rem emphyteoticam alteri locare ad longum tempus irrequisito domino, vide glossam tertiam.in prin.l.29.titu.8.partita.5.

Locatio & an domus alicuius locari posit ad lupanar exercendum, vide glo.2.l.2.tit.22.par.7.

LOCATOR alicuius fundi colono partiario, & aliqua de hoc, vid.per glo.l.79.tit.18.par.3.

Locator si rem à locatore emat qualiter ei possesio ipsius rei tradatur, vid.glo.2.&.3.l.47.tit.28.par.3.

Et quid si res non erat illius qui titulum concesit rem alienam posidenti, vid.ibidem.

Locator siue conductor alicuius rei illam nunquam præscribere poterit, vid.glo.3.l.22.tit.29.par.3.

Locator si fruitus est re & postea nolit pretium soluere quia à principio non fuit constitutum qualis actio contra illum intentari posit, & an ibidem succedat arbitrium boni viri, vide glossam primam.l.1.titul.5.partita.5.

Locator rei semper videtur illam locare ad certum vsum ad quē ipsa deputata fuit, vid.glo.1.l.3.tit.8.par.5.

Locator si per pactum prouidit sibi de speciali hypotheca in certis bonis an tacita hypotheca in alijs locum habeat, vide glossam quartam.in fine.l.5.ibidem.

Locator si iurauit non expellere inquilinum an eo non obstāte cum causa illum expellere posit, vid.ibidem.

Locator si indigeat habitatione an posit conductorem à domo expellere quando inter ipsum & conductorem conuenit de non expellendo illum durante tempore conductionis, vid.glo.2.l.6.titulo octauo.partita.5.

Locator si pro refectione domus inquilinum expellat illa refecta debet illam sibi reddere vt illam inhabitet, vide glossam sextam.dictæ legis sextæ.

Locator quando expellit ex aliqua causa suum inquilinum, an sibi debeat fieri remissio mercedis pro rata temporis, vide ibidem.in glossa septima.

Locator potest ante tempus inquilinum expellere si in domo locata meretrices intulerit, vid.glo.8.d.l.6.

Locator si habeat inimicos qui in re locata damnum dederunt, an conductor damnum resarcire teneatur, vide glossam. 6.l.7.titulo octauo.partita.5.

Et quid si inimicitia erat publica cum conductore, & dominus hoc sciens sibi conducit an tunc damnum resarcire teneatur, vide dictam glossam sextam.

Locator operis faciendi ab aliquo ad arbitrium sine pretij constitutione si maliciosè noluerit illam approbare, & opus casu fortuito pereat, an suo periculo pereat, vid.glo.3.l.17.tit.8.par.5.

Et post approbationem operis periculum ad locatorem pertinet, vide ibid.in glo.5.

Locator præsumitur dominus rei locatæ, & quando, vid.glo.1.l.18.titul.8.partita.5.

Locator habet actionem personalem contra conductorem qui non transit in singularem successorem sine cesione, vide glossam secundam.l.19.ibidem.

Locator an teneatur ad interesse quando culpa sua inquilinus ante tempus expellitur a reconducta.vid.ibid.in glo.4.

Et quid in fisco, ciuitate vel ecclesia, an coloni ipsorum posint ante tempus expelli si res conducta ab ipsis ante tempus vendatur, vid.ibidem.in glossa.5.

Et in quibus casibus inquilinus vel colonus ante finitum tēpus non posit expelli, vid.d.glo.5.col.1.&.2.

Locator si vendat rem locatam alicui ad decennium, & vltra, an tunc emptor posit inquilinum vel colonum expellere, vide ibidem.in glossa septima.

Locator an præcisse teneatur stare locationi, & an liberetur præstando interesse, vid.glo.5.& glo.8.d.l.19.

Locans operas suas ad annum ratione custodiæ, vel ex alia causa si finito anno ibidem remanserit, an videatur reconducere, vid.gloss.1.l.20.ibidem.

Locator an videatur relocare si sciens tempus locationis finitum permiserit conductorem ibidem per aliquod tempus permanere, & quando & qualiter hoc procedat, vide glo.3.&.4.dict.l.20.titulo octauo.partita quinta.

Et an idem sit dicendum in prædio vrbano quod in rustico, vid.ibidem.in glossa.6.

Locator tenetur ad totale interesse conductoris si potuit impedire ne in re locata inquietaretur, & non fecit, vid.glos.1.l.21.ibidem.per illum textum.

Et qualiter istud lucrum in conductore considerari debeat, vid.ibidem.in gloss.2.

Et quid si impedire non potuit dedit tamen causam vt ab alio illud fieret vt quia erat eius inimicus, vid.ibid.in glo.3.

Locator prædij vrbani vel rustici quando ad remissionem mercedis teneatur propter sterilitatem illius anni, & qualiter hoc procedat, & quādo, & quibus concurrentibus, vid.per glo.l.22.per tex.ibi.titulo octauo.partita.5.

Locator quando teneatur ad remissionem mercedis propter sterilitatem quando vero non, & propter quos casus, vid.gloss.l.22.titulo octauo.partita.5.

Et quando etsi casus fortuiti superueniant conductor teneatur nō obstāte sterilitate, vid.glo.1.23.ibidem.per illum tex.

Locator prædij an posit maiores fructus petere quam a principio fuit cum conductore actum quando res aliquo casu fortuito superueniente fuit augmentata.vid.ibidem.in glo.6.

Locator an teneatur conductori soluere meliorationes expensas, & quales, & quando, vide glossam primam, secundam, & tertiam.l.24.ibid.per illum textum.

Locator horrei an teneatur de custodia quando id specialiter non promisit, & quid si claues conductori tradiderit, vid.glo.1.l.25.titul.8.partita quinta.

Et quid si locator sit in aliqua culpa, & qualis ista culpa esse debeat, vide ibidem.in glo.2.

Locator horrei si in eo custodes posuerit, an teneatur si ipsi male custodierunt, & an & quando liberetur eos exhibendo, vid.ibid.in glo.3.

Locator horrei si in se custodiam recepit an de leuissima culpa teneatur, vel de leui tantum, vid.ibidem.in glo.5.dict.l.25.titulo octauo.partita quinta.

LOCARI potest ius patronatus, & ille cui locatur interim ius præsentandi habebit si ad longum tempus ei locetur alias non, vide glo.1.l.9.tit.15.par.1.

Locari possunt fructus beneficiorum: & an ad longum tempus, vid.glo.1.&.2.per tex.ibi.l.3.tit.17.par.1.

Et an successor teneatur stare contractui locationis cum causa, & de licentia Papæ, vel Episcopi facto, vid.ibidem.in glo.3.

Et an in locatione alicuius castri seu villæ veniant montes steriles, vid.glo.10.l.68.tit.18.par.3.

LOCVS baptismalis pedibus calcari non debet, vid.glo.1.in fine.l.8.titu.4.partita.1.

Locus an veniat in consideratione ad iniungendam pœnitentiam, vide glo.9.l.25.tit.4.par.1.

Locus religiosus & sacer idem sunt, & an conuertantur, vid.glo.1.l.1.titu.12.partita.1.

Loca religiosa quæ dicatur, & quando, vid.glo.2.d.l.1.

Locus eo quod ibi aliquis sepelitur non efficitur sacer secundum canones, sed secundum leges sic, vid.glo.3.l.1.tit.13.par.1.

Locus antequam sit consecratus per Pontificem vendi potest ad hoc vt aliquis ibi sepeliatur post consecrationem vero non, vid.ibid.

Locus priuatus eligi non debet in sepulturam fidelium, vide glo.13.&.14.l.5.tit.13.par.1.

Locus vbi studium generale fieri vult qualis esse debeat, vid.glo.1.l.2.titu.31.par.2.

Locus an sit de substantia instrumenti priuilegij, vid.glo.11.l.2.tit.18.partita.3.& glossam primam.l.44.ibidem.& glossam.4.l. quinquagesimæ quartæ.ibidem.

Locus loci an sit de substantia instrumenti, vid.glo.4.l.54.tit.18.par.3.& glo.2.l.12.tit.9.par.4.

Locus vnitus alteri, an mutet naturam suam, vel an perdat iura sua quæ antea habebat, vid.glo.3.columna secunda.l.septimæ.titulo.20.partita tertia.

Locus incultus & cerbidus præsumitur esse illius Regis siue ciuitatis cuius est territorium, vid.glossam quintam.l.septimæ.titulo.20.partita tertia.

Locus vbi ecclesia antiquitus fuit quæ nunquam est diructa, an sacer dicatur, & quid si ab inimicis fidei occupetur, vid.glo.6.&.8.l.13.titu.28.partita.3.

Locus sacer an sit ex eo quod aliquis homo ibi sepultus fuit, & quid de iure canonico, vide glossam primam.l.decimæ quartæ.titulo.28.partita tertia.

Loca pia & religiosa, an gaudeant priuilegio ecclesiarnm in præscriptionibus, vid.glo.4.l.26.tit.29.par.3.

Locus ab aliquibus desertus quia alibi se conferunt an ciues illius posint possesiones quas ibi habent vendere, vide glossam quartam.l.26.tit.31.partita.3.

Et an posit aliquis ædificare in loco publico ex sola licentia ciuitatis, vide glo.1.l.3.tit.32.par.3.

Locus & locatum debent proportionari, vide glossam.14.in prologo.4.partitæ.

Locus loci an sit de substantia libelli quando matrimonium accusatur ratione adulterij commissi ab vxore, vid.glo.2.l.12.titulo nono.partita quarta.

Locus contractus matrimonij, an semper debeat attendi, vel an locus domicilij mariti vel vbi postea se transtulerunt, vid.glo.1.l.24.tit.11.partita quarta.

Et quid sit dicendum si in istis locis contrariæ sint consuetudines in lucris diuidendis inter coniuges quæ fuerunt constante matrimonio acquisitis, vid.ibidem.in glo.2.

Locus originis amittitur ex pluribus causis de quibus per glossam secundam, & tertiam.per textum ibi.l.quintæ.titulo vigesimoquarto.partita quarta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lota an possint sibi eligere perpetuum rectorem, & an istud sit speciale in beneficia vide glo. 1.l.3.tit.15.par.4.
Locus & an ciuitas vel ciues alicuius loci possint a Rege petere vt assignetur eis terminus vbi ipsi vineas plantent agros, seminent vt exinde alimenta percipere possint, vide gloss.6.per tex.ibi.l.decimæ.titulo.25. partita.4.
Locus vbi depositarius vel eius hæres rem depositam reddere debeat quasi sit, vid.glo.2.l.5.tit.1.par.5.
Locus piusan gaudeat beneficio restitutionis in integrum, vid.gloss.1.ad finem.l.10.tit.19.par.6.
Locus & in quo loco tutores peti possint, & debeat minoribus, vid.gl.11. & 12.l.12.per tex.ibi.tit.16.par.6.
Locus an debeat poni in accusatione criminali quando contra aliquē fit, vid.glo.4.l.14.per tex.ibi.tit.1.par.7.
Locus dicti dicitur potissimum forum ipsius delinquentis, vi.gloss.1.in prin.l.5.tit.1.par.7.
Et an in causis criminalibus habeat locum prorogatio de loco ad locum, vide glossam secundam.dictæ.l.decimæ quintæ.titulo primo.partita septima.
Locus in quo delinquens debet conuenirī qualis sit, vide per omnes glo. l.15.per tex.ibi.tit.1.par.7.
LOCVPLETIOR præsumitur quis factus ex sua negotiatione nisi per ipsum probetur contrarium, vide glossam.2.l.13.titulo decimo.partita quinta.
LOCVTIO obscura & artificiosa nunquam approbatur, vide glossam primam.in fine. legis quadragesimæ quintæ.titulo decimooctauo. & glossam septimam. legis tertiæ. titulo decimotertio. partita tertia.
Locutio propria vel impropria quæ dicatur, vid.glo.1.l.3.titul.33.partita septima.
LOQVERE & plura contraloquentes obscure, vide remissiuē per glo. 7.l.3.tit.23.par.3.
Loqui & quando testator articulatē non loquitur & est infirmitate oppressus mortuo æquiparatur, vid.glo.1.columna.2.in principio.l. 5. titu.3.par.6.
Et quando dicatur quod testator non loquitur articulatē vid.ibidem.
LVCRVM & an lucra matrimonio constante acquisita maritus perdere debeat si vxorem captiuam non redemit, vid.glo.3.l.3.tit.29.partita secunda.
Lucra per accessionem, vel per incrementum alluuionis fundo acquisitā an debeant inter virum & vxorem communicari, vid.glo.3.l.30. titu. 28.partita.4.
Lucrum marito datum per statutum, vel aliter circa lucrandam dotem, an ipse renuntiare possit, vide glossam.4.l.4.titulo vndecimo.partita quarta.
Lucra an ab vxore possint renuntiari ne sibi quæranturſi talis renuntiatio fiat matrimonio constante, & an valeat talis renuntiatio si fiat ante contractum matrimonium, vid.glo.3.l.5.titulo vndecimo.par.4.& glo.7.l.26.ibidem.
Et quid si vxor marito in dotem dederit alicuius rei proprietatem cum vsufructus sit penes alium, an si postea vsusfructus consolidetur cum proprietate, an sit commune lucrum, & sic debeat inter coniuges diuidi, an vero ad solam vxorem pertineat, vide glo.5.l.18.titulo vndecimo.par.4.
Et quid si vir vendat propriam rem cum pacto redimendi si constante matrimonio redemerit, & illa multum plus valeat, an illud lucrum tā quam commune debeat inter virum & vxorem diuidi, vid.d.glo.5.in quæstione.2.
Lucrum an communicetur inter coniuges respectu patris ancillarum in dotem datarum sicut alia commoda prouenientia, vid.glo.1.l.20.tit.11. partita.4.
Lucra constante matrimonio acquisita, an inter coniuges debeant diuidi quando diuersa est loci contractus consuetudo, & illa quæ est vbi lucra acquiruntur, & quales ex istis consuetudinibus debeat obseruari, vide gloss.2.l.24.titu.11.in par.4.
Lucrum non capere vel amittere propria, an in hoc par sit ratio, vid.dict. glo.2.col.2.in prin.d.l.24.
Lucrispem perdens aliquis damnum patere non dicitur, vid.ibidem.
Et hodie omnes fructus ex quibuscunque bonis viri vel vxoris percepti communicantur inter coniuges respectu lucri. vid.glo.5.in fine.l.25. tit.11.par.4.
Ista tamen non procedunt neque seruantur cordubæ vbi.ll.fori non obseruantur vid.glo.7.l.6.tit.11.par.4.
Lucrum à filio cum pecunia patris quæsitum an profectitium, vel aduentium esse dicatur, & an patri quæratur vel non, vid.glo.2.l.5.tit.17.par tita.4.
Lucrum à filio factum in dubio, an præsumatur aduentitium, vel profectitium, vid.in glo.4.
Lucra acquisita per filium in seruitio Regis sive in mari, sive in terra fuerit lucratus dicetur castrense peculium, vide glossam quartam.legis.6. ibidem.
Lucrum numorum an veniat in consideratione quando creduntur statim quod reddi debent, vide glossam nonam.l.8.per tex.ibi. titulo.3. partita.5.
Lucrum quod accidit rei venditæ ante mensurationem vel ponderationem an pertineat ad emptorem, vel venditorem, vid.gloss.11.l.24.tit.5. partita.5.
Lucrum an ad venditorem, vel emptorem pertineat quando res fuit vendita non ad mensurationem, vid.glo.1.per tex.ibi.l.25. titulo quinto. partita.5.
Et quid si res vendita fuit sub conditione, vide glossam.1.per text.ibi.l. 26.ibidem.
Lucra quæ communicari debent inter virum & vxorem debent esse deducto prius ære alieno, vi.glo.2.quæst.4.l. quinquagesimæquintæ.titu.5.par.5.
Et ante diuisiones lucrorum sunt refarcienda capitalia viri, scilicet, & vxoris quæ ad matrimonium principio deductæ fuerunt, vid.ibi.
Lucrum nunquam dicitur nisi deducto ære alieno, vid.ibi. in dicta quæstione.4.
Et an dominium acquisitorum constante matrimonio transeat ipso iure in vxorem & statim quod maritus emit vel aliter acquisiuit, an vero postea interueniente aliqua actione, vide dictam glossam secundam. in d.quæst.4.
Lucra non sunt inter virum & vxorem matrimonio constante, vid.ibid. circa finem.
Lucrum quod colonus vel conductor in re conducta habere potuerat si in re conducta non perturbaretur, qualiter debeat considerari, vide glo.2.l.21.tit.8.par.5.
Et an tale lucrum possit peti etiam à non solito negotiari, & quando, vid. ibidem.
Lucrum turpe quod dicatur, vide glossam secundam.l.27.titulo.8.partita quinta.
Lucrum inter socios assumit naturam capitalis, vid.glo.3.l.1.tit.10.partita quinta.
Et si tempore contractus de lucris nihil fuit inter socios dictū tunc æqualiter inter se diuident, & qualiter hoc procedat, vide glo.7.l.3. titul.10. partita.5.
Lucra quæ veniant communicanda inter socios, & inter virum & vxorem quæ vero non, vid.dict.glossam.7.dict.l.3.titulo decimo.partita quinta.
Lucrum & damnum in societate erit illius cuius periculo erit pecunia, vide gloss.4.in fine.l.5.tit.8.par.5.
Et an sicuti lucra sunt communia inter socios omnium bonorum ita expensæ & onera debeant esse communia, vide glossam primam.l. sexta.ibidem.
Lucra quæ communicantur inter virum & vxorem debet cum suis oneribus communicari, vid.d.glo.1.col.2.
Lucra quæ veniant communicanda inter socios si societas simpliciter sit contracta, vel si dicatur simus socij lucrorum, vid.glo.1.l.7.titu.10.in partita.5.
Et quæ lucra veniant communicanda inter socios ex tacita vel expressa societate vnius tantum negotiationis, vid.ibi.glo.2.
Et quid si socius non ex maleficio per eum commisso sed ratione alicuius condemnationis ex maleficio per alium perpetrato lucrum consequutus sit an illud debeat inter socios communicare, vid.glo.1.l.8.tit. 10.partita.5.
Lucrum si ex iniusta negotiatione sit a socio acquisitum & cum suis socijs diuisum, an si ab eo postea euincatur detur ei actio contra socios ad partes sibi datas, vid.ibi.glo.2.
Lucrum si à marito acquiratur furando vel aliquid iniustè faciendo si cū vxore illud communicet, an soluta societate coniugali si maritus condemnetur vt illud refarciat an illud debeat de communi refarcire, vide dict.glo.2.
Lucra quæ hæres habuit ex rebus quæ manserunt in societate, an illa finita teneatur communicare socijs, vide glossam primam.in fine.l.10. ibidem.
Lucrare præsumitur quis ex sua negotiatione, & sibi incumbit probatio in contrarium, vide glossam secundam.l.decimæ tertiæ.titul.10.partita quinta.
Et quid si maritus sui culpa aliqua perdiderit an licet in alijs lucretur debeat damnum cum lucro compensari, vide glossam quintam.dictæ.l. decimæ tertiæ.
Lucra constante matrimonio acquisita, an sint obligata tacitè filijs primi matrimonij quando maritus vel vxor ad secundas nuptias transierunt, & quid de alijs bonis ipsorum, vid.glo.3.cum alijs ibi.l.26.titu.11. partita.5.

Lucrum quod executor testamenti debet ex testamento habere propter exequendam voluntatem defuncti, an amittat si intra annum exequi nolit, & an tunc necessaria sit sententia priuationis officij, vt tale lucrū perdat, vide glossam primam, & secundam.l.8.per text.ibi.titulo.10. partita.6.
Et quid in hærede, ecclesia, hospitali, filio vel alio, vid.ibidem.in gloss.3. perillum tex.
Et an propter negligentiam in exequendo voluntatem patris filius possit priuari legitima etiam in relictis pijs, vide ibidem.in glossa quarta. perillum tex.
Lucrum non dicitur filij legitima sed quasi debitum, vid.d.gloss.4.d.l.8. colum.1.
Lucrum quæsitum per filium familias cum pecunia patris, an dicatur profectitium, vel aduentitium, vide glossam primam.l.3.titulo.15. partita sexta.
Lucra filiorum quæ veniant communicanda cum fratribus. & quando, & qualiter quæ vero non, vide glossas.dict.l.3.titulo decimoquinto. partita.6.
Lucrum turpe defuncti an debeat ad hæredes ipsius peruenire, vel non, & de hoc late agit.glo.9.l.vigesimæquintæ.per illum tex.titulo.1.partita septima.
Lucra vxoris dato quod possint per maritum alienari per contractum non tamen hoc fieri potest per delictum, & an talia lucra veniant confiscanda propter mariti proditionem, vid.glo.3.l.1.per tex.ibi.titul.2. partita.7.
LVCTVS pro defunctis quando sit pietatis affectu non prohibetur alias vero quæ in excessu perueniant sic, vide glo.2.l.43.titulo quarto. partita.1.
LVDERE non debet prælatus nec interim ibi debet interesse, vid.gl.1. & 3.l.57.tit.7.par.1.
Ludere non potest clericus nisi ad schacos, vid.ibidem.in glo.2.
Ludere quibus ludis liceat, vid.glo.1.l.10.tit.19.par.1.
Ludere est lata culpa, vid.glo.5.l.13.tit.10.par.5.
LVDENS rem maioriæ luæ illam alienare videtur, & incidit in alienationem pœnam, vid.glo.4.colum.8.in prin.quæst.7.&.8.l. 6.titulo.11. partita.6.
LVDVS quilibet est crimen, vid.glo.1.l.10.tit.7.par.2.
Ludus & an amissa in ludo per patrem filij recuperare possint quantum ad eorum legitimam, vid.glo.13.in fine.l.8.tit.4.par.5.
Et si vendita sit res aliqua in ludo licet postea ab emptore petatur venditor de eiictione non tenebitur, & quando sic, vid.glo.9.l.36.per text. ibi.tit.5.par.5.& in.glo.1.
Et an filius qui iurauit non ludere sine voluntate patris si ludat illo iam mortuo, an periurus dicatur, vide glossam tertiam.l.45.titulo.5.partita quinta.
Ludus noxius in culpa est, vide glossam.3.l.20.per tex.ibi.titulo.15.partita septima.
LVSOR si sit maritus potest vxor ab eo constante matrimonio dotem exigere vel quomodocunque subsistentiam amittere incipiat, vid.glo.1. &.2.d.19.tit.11.par.4.
Lusor si sit pater & bona sua amittat, an filij illam poterūt reuocare quātum ad eorum legitimam, vid.gloss.13.in fine.l.octauæ.titulo quarto. partita.5.
Lusor & an lusori possit interdici administratio rerum suarum, & an ei curatur dari possit, vide glossam primam.l.decimæ tertiæ. titulo. 16. partita.6.
Lusores sunt infames, vide glossam secundam.l.duodecimæ.titulo septimo.part.6.
LVPANARIA de consuetudine tollerantur & quare, & an redditus quod inde percipitur sit iniustus, vid.glo.1.in prooemio.titulo.12.partita quarta.
Lupanar & an meretrici existenti in publico lupanari possit gabella imponi, vide glossam secundam.l.secundæ.titulo vigesimosecundo. partita septima.
LVPVS & decius natura, & an si homo illum prius videat amittat vocem, vide glossam quintam.l.vigesimæ tertiæ.titulo decimoquinto. partita.7.
LVPI ARCENDI sunt latratu canum, & baculo pastoris, vid.glo.3. l.15.tit.8.par.5.

M.

MACEDONIANVS SENATVS CONSVLTVS, vide infra.in verbo, SENATVS CONSVLTVS MACEDONIANVS.
MACHINATIO in mortem mariti vxoris cum qua quis adulterium committit, an impediat matrimonium inter adultos contrahi, vide glossam tertiam.l.decimæ nonæ.titulo.2.partita quarta.
Machinatio sit atte verborum, vide glo.2.l.primæ.titulo decimosexto. partita.7.
MAIESTAS principum per bonum & æquum conseruatur inesse, vid.glo.3.l.3.tit.1.par.2.
MAGISTER & magistro scholarium pertinet gradus dare tam in licentijs quam in doctoratibus, & quo iure, vide glossam magnam.l.7.titu. 6.partita.1.
Magister si est beneficiatus in aliqua ecclesia gratis docere debet, & quid si beneficium ei non sufficiat, vide glossam.3.4.&.5.l.7.tit.17. partita prima.
Et quid in scholaribus extraneis diuitibus, vid.ibidem.
Magistri de publico salariati in studijs generalibus nihil percipiunt etiā ab scholaribus forensibus diuitibus secus si in loco priuato fuerit salariatus vid.ibidem.in glo.5.
Magistri diuites ab scholaribus aliquid percipere non debent, vid.ibid. in glossa.6.
Magistri iuuenes & nouiter incipientes legere non debent aliquid pro docendo accipere quia potius faciunt vt discant, vide ibidem.in glossa octaua.
Magistri ordinum sunt de consilio Regum, vide glossam.5.l. 6.titulo.9. partita.2.
Magistri & qualiter eis solui debeat salarium, & an ex eo debeat gabella detrahi, vel capi soldus, vide glossam secundam.l.3.titulo.31.partita secunda.
Magistri non debent legere ad pompam sed ad scholarium profectum, vide glossam primam. legis quartæ.titulo trigesimoprimo. partita secunda.
Magister scholaris punit scholares in studio Salmanticensi, vid.glo.4.l. 6.tit.31.par.1.
Magistri ordinum sine consensu sui conuentus procuratorem constituere non possunt, vide glossam vndecimam.in fine.l.secundæ.titu.5.partita tertia.
Magistri nauium an possint naues conducere, & de potestate ipsorum super delinquentes in naui, vide glossam primam.l.77.titulo.18.partita tertia.
Magister nauis an teneatur cum naui in portum intrare si de hoc nihil actum fuit a principio, vide glossam quintam.l.77.titulo decimooctauo.partita.3.
Magister nauis tenetur monere nauigantes quando transeunt per loca periculosa, vid.ibid.in glo.7.
Magister nauis an & quando a nauigantibus petere possit, vt damnum in ea datum vi tempestatis sibi refarciant, vide glo.3.l.5.tituio.9.partita quinta.
Magister nauis est in culpa si non præmoneat nauigantibus de periculo quod est in transitu nauigij, vide glossam tertiam.legis nonæ.titul.9. partita quinta.
Magister nauis si fraudulenter fecerit aliquid vt nauis pereat, vt & ipse habeat occasionem furandi quis pœna puniatur, vide glossam.1.l.10.tit.9. partita.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magistri an tacitè videantur hypothecare bona sua pro eorum admini strationibus, vide glossam quartam. l.23.titulo decimotertio.partita quinta.
Magistri scientiarum, an & quando à tutelis & curis se excusentur, vide glossas. legis tertiæ. per textum ibi.titulo decimoseptimo. partita sexta.
Magister si castigando discipulum illum occisit qualiter puniatur, vide glossas. legis nonæ. per textum ibi. titulo octauo. partita septima.
Magister militum quando de delicto militis cognoscere debet, vel non, vide glossas.legis tertiæ.per textum ibi. titulo vigesimonono. partita septima.
Magistri qui dicantur & debet docere in alto, vide glo.7.l.7.per tex.ibi. titulo.33.par.7.
Et sine magistro non est ingredienda via qua quis non est ingressus, vide dict.glossam.7.in principio.
Magister qualis esse debeat, & potius sunt audienti seniores magistri quã alij, vid.ibidem.
Magister maiorem potestatem habet in discipulum quam pater in filium, vid.ibidem.
Magister debet perhibere testimonium de vita discipuli, vide dictam glossam septimam.in fine.
MAGISTRATVS quæ & quando leges condere posint, vid.glo.2.l.12.titu.1.par.1.
Magistratus sublimiores leges condere possunt, & etiam ali inferiores si illud iure proprietatis habeant, vide dictam glossam secundam. ad medium.
Magistratus temporales ad tempus officij eorum bene faciunt legem ex iuxta suadente causa, vide ibidem.
Magistratus sublimiores an posint leges siue statuta facere contra ius commune, vide dictam glossam secundam. ad medium. dictæ legis duodecimæ.
Magistratus perpetui an leges condere posint, vide glossam finalem. post medium.ibidem.
Magistratus an posint indicere stilum in derogationem iuris communis, vide glossam nonam.columna secunda.in fine.l.9.titulo vigesimo octauo.partita.3.
Magistratus maior vel minor quis dicatur, & an iste accusare aliquem, vel accusari posit, vide glossam quintam. legis secundæ. per text.ibi. tit.1.par.7.& glo.l.11.ibidem.
Magistratus si durante officio conueniri non potest, & actio esset tempore peritura, an compellatur litem contestare, & cauere de respondendo finito officio, vide glossam quintam. dictæ.l.vndecimæ.titulo primo.partita.7.
Magistratus si occidatur ab aliquo, an ipse incidat in crimen læsæ maiestatis, vide glossam decimamtertiam.legis primæ. titulo secundo. partita septima.
MAGNA QVANTITAS, vide infra.in verbo, QVANTITAS.
MAGNATES sunt de consilio Regis vocanturque membra Regni, vide glossam quintam, & sextam, legis sextæ. titulo nono.in partita secunda.
Magnates si per principem ex causa prohibeantur matrimonium inter se contrahere an pœna facientium imposita per principem locum habere posit in matrimonij præiudicium, vid.glo.5.l.primæ.titulo quinto.partita.4.
Magnates Regni an posint se ad aliud Regnum transferre sui lucri causa licentia non petita, & quid si sit tempus guerræ, & quid si a Rege illud sit prohibitum, & an talis prohibitio teneat, vid.glo.2.l.13.tit.25. partita.4.
MAGNIFICVS ille propriè dicitur qui dat sine spe retributionis, vide glossam secundam.legis primæ.per textum ibi.titulo quarto.partita quinta.
MAGNVM & plurimum in quo differant inter se, vid.glo.5.l.8. tit.4. partita quinta.
MAIOR maiores homines an eo quod habent rem communem cum minori orphano posint aduersarium ad Regis curiam trahere, vide glo.4.l.5.tit.3.par.3.
Maiores qui dicatur quantum adhoc vt quis posit sepelliri in sepultura suorum maiorum, vide glossam.1.l.5.titulo decimotertio. partita prima.
Maior præfertur minori, vide glossam primam.l.decimæquintæ.titulo quinto.partita.1.
Maiores aliquando acrius puniuntur quam minores & quare, vid.glo.1. l.2.tit.28.par.7.
MAIOR PARS populi sufficit ad inducendam consuetudinem etiã minore contradicente, vide glossam tertiam.l.quintæ.titulo secundo. partita prima.
Maior pars capituli dicitur illa quæ est maior respectu totius capituli nõ respectu partium, vide glossam primam.l.decimæ.titulo decimoquarto.partita.1.
Maior pars semper præsumitur sanior nisi aliud appareat, vide glossam secundam.dict.l.10.
Maior pars aliquando dicitur esse minor, vide ibidem.in glo.3.
Maior pars populi statuere non potest quod laudabilis consuetudo dandi ecclesiæ vel clericis non seruetur, vide glossam secundam.l.15.tit.17. partita prima.
Maior pars vniuersitatis si constituat sindicum aliquibus contradicentibus quia causam iniustam credebant an ipsi saltim contradictores, & an alij ad solutionem expensarum ibidem factarum teneantur si ciuitas fuit condemnata, vid.glossam nonam.l.20.titulo trigesimosecũdo. partita tertia.
Maior pars si aliquid faciat omnes id fecisse videntur, vide dictam glossam.9.ad finem.
Maior pars creditorum quæ dicatur quando vni dilationem debitori cõcedunt ad soluendum alij non & omnes tunc debent conuocari, vide glossam primam. legis quintæ. per textum ibi. titulo decimoquinto. partita quinta.
Maior pars vbi potest præiudicare minori tunc omnes sunt vocandi, & quid si non veniant, vid.d.glo.1.
MAIORA peccata maiorem habere debent pœnitentiam, vide glo.13. in medio.l.25.tit.4.par.1.
MAIOR iudex a minori excommunicari non debet, vid.glo.6.l.7.titulo nono.partita.1.
Maior si tanquam testis coram iudice minori deponat ibiq; vacillet, an per eum puniri posit, vid.d.glo.6.
MAIOR IN AETATE si contraxit sponsalia cum minore & ipsa ad legitimam ætatem perueniente consentiat, & ipse maior tunc dissentiat an ad matrimonium contrahendum cum ea compelli posit, & quid si aliam duxit in vxorem, vide glossam decimamquartam. &.15. l.8.titul.1.par.4.
Maior.60.annis an filios habere posit, vide glossam quartam.l.4.tit.16. partita quarta.
Maior.14.vel.25 annorum si iuret non venire aduersus contractum venditionis, an illo non obstante posint venire, & quando, & in quibus talem iuramentum non obstet, vide per glo.12.l.quinquagesimæsextæ. titulo.5.partita.5.
Maior.14.annorum etiam si habeat imbecillitatem bene potest facere testamentum, & quare, vide glossam quintam.in principio.l.13. titul.1. partita.6.
Maior.25.annorum si ante.29.annum hæreditatem repudiauerit, an pœnitere posit & illam posit acceptare intra aliud triennium, vide glossam secundam, & quartam. legis vigesimæ. titulo sexto. partita sexta.
Et vide infra.in verbo, MINOR.
MAIORINVS dicitur idest merino maior quod debet notari ad declarationem priuilegiorum antiquorum, & de potestate istorum, vide glossam primam.l.vigesimætertiæ. titulo nono. partita secunda. per illum textum.
MAIORITAS vbi aliud non apparet sumitur pro maiori ætate, nõ virtutum, & scientiæ, vide glossam primam.l.2.titulo decimoquinto.partita.2, in principio.
Maioritas consideratur respectu dignitatis, vid.glo.1.post medium.l.15. titulo.5.partita.1.
Maioritas in aliqua ecclesia ex quibus probetur, vide glo.3.l.3.titulo.6. partita prima.
MAIORIA idem est quod primogenitura, & est vulgare Hispanicum, vide glossam primam, in principio.l.secundæ.titulo decimoquinto. partita secunda.
Maioria an videatur facta eo quod Rex alicui castrum seu villa cum titulo ducis seu comitis donat alio non adhibito, vide glo.1.l.12.titulo.1. partita secunda.
Maioria vbi aliud non apparet sumitur pro maiori ætate, non virtutum & scientiæ, vide glossam primam.in principio.l.secundæ. titulo decimoquinto.partita.2.
Maioria facta a testatore in vnum ex filijs simpliciter ipseque plures habeat de quo filio intelligatur, vide dictam glossam primam. columna secunda.
Maioria facta in filio maiori & deficiente illo ad nepotes & in eius defectum ad eius filios debet intelligi ordine succesiuo, vide dictam glossam.1.col.2.
Maioria facta eodem tempore in filium maiorem alia in filium minorem quæ ex istis valebit, vid.dict.glo.1.colum.3.in medio.dict.l.2. tit.15.partita.2.
Et quid si habens filios fecit maioriam dicens quod volebat bona sua, vt essent bona maioriæ ex facultate quam habeba, & fuit morte præuentus hec aliter ordinauit, & eius filius maior succesit sine filijs an bona veniant iure maioriæ ad alios filios testatoris, & fratres mortui, vide dictam dictam glossam primam.columna tertia.post medium.l.2.titu.15.partita.2.
Maioria facta in vnum ex filijs si postea pater istum filium exhæredauerit, an ex hoc videatur reuocare maioriam, vid.ibidem.
Maioria facta in duobus filijs pro indiuiso vno mortuo, an ad alium sibi coniunctum, vel ad alios filios deuenire debeat maioria, vide ibidem.
Maioria iam facta an videatur reuocata eo quod talia bona data fuerunt in emphyteosim per ipsum, vide dictam glossam primam.col.3.in fine.l.2.tit.15.par.2.
Maioria secundo facta, an præferatur primæ, vide glossam primam. columna.3.in fine.cum principio sequentis.l.2.titulo decimoquinto.partita secunda.
Maioria reuocabilis secundum, ll. Tauri, an fiat irreuocabilis propter traditionem factam inter viuos, vide dictam glossam primam. colum.4. in principio.
Sed quid si pater instituit filium, & voluit quod si decesserit sine filijs bona deueniant in filium secundum, an ex hoc videatur constituisse maioriam, vid.dictam glossam primam.colum.4.l.2.titulo decimoquinto.partita.2.
Maioria an debeatur filio maiori ex ventre secto matris suæ, vide glo.10. post princ.l.2.tit.15.par.2.
Et quid si filius maior occidat possessorem maioriæ siue sit maioria noua siue antiqua, vide dictam glossam primam. columna prima. ante medium.
Maioria debetur filijs maioribus semper, quod procedit etiã si filius iste natus sit in infidelitate licet alius nascatur post patris conuersionem, vide ibidem.
Et an valeat consensus primogeniti vt secundo genitus succedat in Regno, vide dictam glossam decimam. colum.1.in medio.l.2.titulo.15. partita.2.
Et quid si vocetur filius primi matrimonij & ex illo matrimonio nullũ habeat filium ex secundo vero sic, an filius maior.2. matrimonij admittatur ad maioriam in isto casu, vid.dictam glossam decimam. columna prima.post medium. l. secundæ. titulo decimoquinto. partita secunda.
Et quid si Rex fecerit alicui donationem alicuius fortalitij eo quia matrimonium contrahebat cum quadam domicella de palatio Regis eo pacto vt esset maioria vocauitq; filium maiorem ipsorum vtrum si ipsi filios non habeãt vt admittatur ad istam maioriam filius maior istius ex secundo matrimonio natus, an vero pro qualitate requiratur quod fit filius ex illa domicella, vide dictam glossam decimam.columna prima.in fine.cum principio sequentis.l.secundæ.titulo decimoquinto.partita.2.
Maioria debetur semper filijs legitimis natis non bastardis, vide glossam decimam.columna secunda.in medio.dict.l.2. titulo decimoquinto partita secunda.
Et an filius maior conceptus ante dispensationem Papæ quia coniuges erant consanguinei admittatur ad maioriam etiam si nascatur tempore habili, & sic post datam dispensationem, & quid si nascatur ante dispensationem, vide dictam gloss.10. col.2.ad finem.l.2. titulo decimo quinto.par.2.
Et quid si tenor maioriæ exigat quod sit conceptus & natus ex legitimo matrimonio, vid.d.glo.10.col.2.in fine.
Et quid si episcopus cui directa fuit dispensatio â Papa vt moris est eam distulerit maliriose ita quod filius natus fuit ante, vide ibidem.
Et an legitimatus per rescriptum debeat habere maioriam, & excludere substitutum, vid.dictam glo.10.columna.3.in prin.l.2.titulo.15.partita secunda.
Et quid in legitimato per subsequens matrimonium, vid.ibid.
Et quid in.2.genito post matrimonium, an præferatur legitimato per rescriptum, vide dictam glossam decimam.columna tertia.in fine. cum principio sequentis.dictæ legis secundæ.titulo decimoquinto. partita secunda.
Maioria â sciente bene potest constitui in filium spurium de licentia Regis deficientibus legitimis, vid.glo.10.columna.4.in principio.l.2.titu.15.par.2.
Maioria facta in filium spurium quem credebat legitimum an tenebit maioria ex defectu voluntatis disponentis, vide dictam glossam. 4.in principio.
Et quid si posidens maioriam de nouo acquisiuerit iurisdictionem, vel aliud an & illud dicatur esse de maioria, vide ibidem.columna quarta. in fine.
Et an successor in maioria posit reuocare officia perpetua â prædecessore suo data & an isti posidentes maioriam posint officia perpetua dare in præiudicium successorum, vide glossam decimam.columna.5.in medio.l.2.tit.15.partita.2.
Et an frater maior teneatur fratres & sorores alimentare vel dotare, & qualiter, vid.glo.10.colum.5.ad finem.d.l.2.
Maioria facta per patrem in filium quem pater elegerit si nullum elegit quis filiorum eam habebit, vide glossam decimamtertiam.l.2. titu.15. partita.2.
Et an si pater alium ex filijs elegisset pręter maiorem, an teneat electio, vide ibidem.
Maioria & in ea potius debet filius filij maioris quam frater patris sui, vide glossam decimamseptimam.in prin.l.2.titulo decimoquinto.partita secunda.
Et idem est in filiabus, vid.ibidem.
Et idem est etiam si filius primogenitus viuat si tamẽ impeditus succedere propter delictum ab eo commissum, vide ibidem.
Maioria facta in filium maiorem, & eius descendentes masculos, & in eorum defectum in filium secundum & in eius descendentibus non repetens de masculis si vterque decedant relictis filiabus quæ ex eis ad maioriam debet admitti, vid.glo.17.columna.1.in fine.l.2.titulo.15.partita secunda.
Maioria an posit fieri in nepotem si Regia facultas non dicat nisi de filijs tantum, vide glossam decimamseptimam.in medio.d.l.2.titu.15. partita.2.
Maioria semper intelligitur perpetua in Regnis, Ducatibus, & Comitatibus, & quid in alijs maiorijs, vide glo.18.in prin.l.2.titulo decimoquinto.partita.2.
Maioria de sui natura debet esse perpetua, vide dictam glossam.18. colum.2.in medio.
Et quid si pater instituto filio velit quod ipse & eius descendentes decedant sine liberis bona veniant in filium secundum, an ex hoc talia bona iudicabuntur bona maioriæ, & quid si asserat se velle esse perpetuam, vid.d.glo.18.colum.2.in medio.
Maioria facta in filium maiorem, & in eius descendentes, & in eius defectum in alium filium, & eius descendentes, an ipsis omnibus morientibus expiret maioria, an vero deueniat ad fratrem illam constituentis vide glossam decimamoctauam.columna.2.post medium.l.2.titul.15. partita.2.
Maioria facta in filijs alicuius, & in eius descendentes, & in eorum defectum vocantur proximiores de genere, an veniant agnati, an vero cognati plura adducit glossa decimaoctaua.columna secunda.in fine. cum principio sequentis. legis secundæ. titulo decimoquinto.partita secunda.
Maioria facta per maritum, & vxorem in filium & eius descendentes, & in eorum defectum vocauerunt consanguineum propinquiorem dicendo veniat, consanguineus noster. &c. quomodo verba ista debeant intelligi, vide dictam glossam decimamoctauam.col.3.in medio.l.2. titu.15.partita.2.
Maioria in qua vocantur proximiores quis præcedet, an cognatus, vel agnatus si sunt in pari gradu, vid.ibidem.in medio.
Et quid si Rex decedat sine filijs duobus consanguineis relictis inæquali gradu quis eorum admittetur, vide glossam decimamoctauam. col.4. in princ. d.l.2.
Maioria cui detur si duo simul nascantur ita quod non potest sciri quis fuerit natus, vide in dicta columna quarta.in prin. & glo. 2. l.9.titulo nono.partita.6.& glossam tertiam.l.duodecimæ.titulo trigesimotertio.par.7.
Maioria an deueniat ad primogenitum factum monachum, & quid si fiat clericus secularis, vide glossam primam, col.1.in fine. & columna secunda.dict.l.2.
Maioria an deueniat in clericis, & ipsi fœminas excludant vbi masculi sunt vocati, vide dictam glo.19.columna.2.in medio.l.2.tit.15. partita secunda.
Maioria an deueniat ad proximiorem damnatum propter hæresim si a principe fuit restitutus, vide dictam glossam decimamnonam. columna secunda.
Et quid si proximior sit furiosus, vide dict.glo.19.columna.3.in medio.l. 2.tit.15.par.2.
Et in quibuscunque maiorijs etiam inhabiles debent succedere licet in Regni succesione sit secus, vid.dict.glo.19.in fine.d.l.2.& glo.10.l.6.titu.26.par.4.
Maioria si facta sit de licentia Regis cum clausula ibi posita, scilicet vt nõ perdatur propter crimẽ læsæ maiestatis a possessore commissum quomodo ista clausula debeat intelligi, vide glossam.20.post medium.d. l.2.tit.15.par.2.
Maioria an posit ab aliquo accipi & acceptari & repudiare hæreditatem vide glo.1.col.2.post medium.l.4.tit.15.par.2.
Et an successor in maioria antiqua teneatur ad arras per prædecessorem vxoris promissas, & an pro eis soluendis bona maioriæ debeant accipi, vide ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et in qua quantitate possessor maioriæ posit arras vxoris promittere, vide in d. col. 2. in fine.
Maioria facta de aliquo magno termino si ibi adsit, & de eo nihil fuerit dictum, an veniet in maioria, vide glossam. 3. l. 1. titul. decimo octauo. partita. 2.
Maioria facta ex, scilicet conditione vt cum plebeia succedens matrimonium non contrahat, an valeat, vide glossam primam. l. 3. titulo. 21. partita secunda.
Et an maioria talis admittatur si contrahat matrimonium cum illa qui ex priuilegio facta fuit generosa cum antea sit plebeia, vide ibidem.
Maioria facta in filium & eius descendentes si ille captus sit ab hostibus, an bona maioriæ debeat pro illo redimendo capi, vide glo. 1. l. 4. titu. 29. partita. 2.
Et interim quod ille ad quem pertinet maioria sit apud hostes sequens admittendus non est, vid. ibidem.
Et an pater sit legitimus administrator in bonis filij capti ab hostibus si maioria ad eius vxorem mortuam pertinebat, vid. ibidem.
Maioria facta ab existenti in captiuitate si ad suos non fuerit reuersus nõ valet, vide glossam secundam. l. sextæ. titulo vigesimonono. partita secunda.
Maioria si sit facta in filium, & eius descendentes si illam faciens ab hostibus capiatur, & cum reuertitur inueniat filium suum mortuum, an nepos ad illam admittatur, vid. ibidem.
Et an filius reuersus ab hostibus si inueniat patrem mortuum ad maioriã debeat admitti, vid. glo. 2. l. 7. ibidem.
Et ad succedendum in maiorijs quis capto dicetur proximior, & an inspiciatur tempus mortis naturalis, vel ciuilis, vide glossam secundam. l. 8. tit. 29. par. 2.
Maioria & an possidens maioriam ad fratris petitionem teneatur exhibere instrumentum maioratus, vide glossam primam. l. 17. titulo secũdo. partita. 2.
Et an lites super maioriæ rebus sint de casibus curiæ ita quod ibi debeat agitari, vide glossam secundam. columna prima. l. 5. titulo secundo. partita tertia.
Maioria si quis cum non haberet facultatem Regiam facit maioriam, & cum haberet licentiam aliquid addit maioriæ, an reconualescat, vid. gl. 1. l. 27. tit. 4. par. 3.
Et an ratione cõtinuaciæ posit fieri missio in possessionem in bonis maioriæ, vel in fructibus, & quid si illud etiam sit prohibitum, vid. glo. 7. l. 2. tit. 8. par. 3.
Maioria facta sine licentia principis si postea illam confirmet in forma communi, an videatur supplere defectum licentiæ, & quando ista confirmatio illud omne faciat, vide glossam. 9. in fi. l. 2. titulo decimo octauo. partita. 3.
Maioriæ, & an in impetratione licentiæ ad faciendam maioriam requiratur quod impetrans exprimat numerum liberorum quos habet, vide glo. 1. l. 36. tit. 18. par. 3.
Maioria facta de aliqua villa quæ fortalitium habebat ad cuius refectionem ciues aliarum villarum tenebantur si ciues eiusdem domini non sint cuia erit villa prædicta sicuti erant antiquitus antequam ista maioria fieret, an tunc etiam ad refectionem fortaliti teneantur, vid. glo. 13. l. 68. tit. 18. par. 3.
Et an sententia lata contra vnum extendatur ad sequentem in maioria aliqua, vide glossam quartam. columna secunda. l. 20. titulo. 22. partita tertia.
Et quid si res fuerunt alteri adiudicatæ per sententiam quia erant res maioricatus, & ipse possea dicat quod illas habuit ex iuxta sententia, & velit tanquam libera illa bona alij relinquere, an istud facere posit, vide dict. glo. 4. ad finem.
Et quid si aliquis volens vendere rem aliquam fecerit citare illum qui dicit rem illam esse maioriæ in qua ipse succedere debeat iure maioriæ si citatus non reclamet an ex hoc præiudicet succedere debenti in maioria, vid. d. glo. 4. in fin. alibus verbis.
Maioriæ bona possunt retineri pro expensis in ea factis ad perpetuam vtilitatem, vid. glossam quartam. l. quadragesimæ primæ. titulo. 18. partita tertia.
Et quid si illas fecit maioriam defendendo ab inimicis tempore guerræ vel in iudicio, vid. ibidem.
Et an possessor maioriæ qui in vtilitatem rei expensas fecit vtrum hæres eius teneatur eas compensare cum fructibus ab eo perceptis, vide ibid. in glossa. 5.
Et occidens possessorem maioriæ (quia succedendo propter hoc ex clausula testamenti fuit exclusus) ita quod transit in eius filium, an possit agere pro maioria consequenda nomine filij, vid. gloss. 3. l. 8. titulo. 29. partita. 3.
Maioria facta in filium masculum ex filia, & in ipsius defectum alium si antequam filia nuberet & haberet filios quos postea habuit testator decedat, an substitutus iste admitti debeat filio ex filia excluso, vide glossam. 6. l. 10. tit. 31. par. 3.
Maioria an possit constitui in annuis redditibus, & sic non in pecunia, vel in alijs rebus præter eos, vide glossam tertiam. l. 20. titulo trigesimo primo. partita tertia. & glossam secundam. l. decimæ quintæ. titulo. 9. partita. 6.
Et si Rex dedit alicui licentiam vendendi de rebus maioriæ vsque ad certam quantitatem, an qui vendidit teneatur vt pretium remaneat in maioria, vide ibidem. in glo. 7.
Maioria si constituatur ab alienigena in Hispania, vel alibi de rebus Hispaniæ, an circa omnia illud reguletur secundum consuetudinem Hispaniæ, vide glossam secundam in fine. l. 24. titulo vndecimo. partita quarta.
Et qualiter fructus maioriæ diuidantur inter possessorem & successorem & quid si tempore quo decessit conditor maioriæ relinquit fundum cum fructibus pendentibus prius vocato, an ipse ita similiter teneatur successori relinquere, vid. glo. 3. l. vigesimæ sextæ. titulo vndecimo. partita quarta.
Et an ille qui fecit expensas in recuperanda maioria illas recuperare possit, vid. per glo. 3. l. 38. tit. 11. par. 4.
Maioria si perdi possit propter delictum si possidens illud malitiosè dimiserit animo priuandi successorem, an illud delictum sic commissũ successori præiudicet. vide glo. 9. column. 1. in fine. l. 1. titulo. 13. partita quarta.
Et an in maioria in qua filij legitimi vocantur legitimati per subsequens matrimonium admittantur, vide glossam nonam. supra dict. column. 2. ad medium.
Et an in maioria succedat filius tanquam legitimus qui stante impedimẽto consanguinitatis, vel alio parentes sui in facie ecclesiæ contraxerũt matrimonium, vide ibidem.
Maioria si ad sui successionem vocet filios genitos & natos ex legitimo matrimonio an sufficiat quod quis tempore natiuitatis nascatur legitimus ex legitimo matrimonio licet tempore conceptionis hoc ab esse, vide dictam glo. 9. colum. 2. in medio.
Maioria facta in posthumo habito ex consanguinea cum qua quis sine dispensatione matrimonium contraxit filia alterius matrimonij exclusa, an ipse ad eam admittatur si dispensatio priusquam ipse nasceretur peruenit, vid. d. glo. 9. post medium.
Et an filius naturalis possit per principem legitimari quoad succedendũ in maioria vel alijs bonis quando ille qui illo non legitimato per subsequens matrimonium aliquid dolose egit vt pater ipsius cum matre matrimonium contrahere non posset, vide dictam glossam nonam. columna. 3. in fine.
Maioria an posit relinqui filio legitimato pro patris sui testamento si suam legitimationem per principem confirmauerit quando in ea cauetur quod possit filio legitimo relinqui vel quod in ea non succedat nisi filius legitimus, an vero requiratur quod prius istud impedimentum remoueatur, vid. glossam sextam. l. sextæ. titulo decimoquinto. partita. 4.
Maioria facta in filium alterius eo, scilicet addito, vt bona dentur ipsi filio, an pater in talibus bonis vsumfructum habeat, & an indistincte in bonis maioriæ pater vsumfructum habeat, vide glossam quintam. columna prima. in medio. legis quintæ. titulo decimoseptimo. partita quarta.
MORA purgatio moræ non admittitur niſi ſoluto intereſſe in arbitrijs, vide latiſsimè gloſsam quartam legis trigeſimæ tertiæ. titulo quarto. parti. 3.
Moræ purgatio non habet locum in actione quærenda poſt tempora præſtituta quod ad quæſtionem notat gloſſa octaua legis octauæ. tit. vndecimo. part. 3.

Mora

Mora vſque ad ſententiam vel poſt an faciat creſcere æſtimationẽ quando in defectum rei illa datur, vide gloſsam tertiam legis octauæ. titulo primo. part. 5.
Et an tunc extra iudicialis interpellatio ſufficiat ad conſtituendum aliquem debitorem in mora vt æſtimatio creſcat, vide ibi glo. 4.
Mora ſi præceſſerit caſum fortuitum an tunc caſus fortuitus excuſet vel non, vide gloſsam tertiam legis ſecundæ. & glo. 8. l. 3. titu. 2. part. 5. & glo. 5. l. 4. tit. 3. part. 5.
Mora commodatarij an faciat illum teneri ſi res commodata pereat poſt moram etiam quando eodem modo eſſet penes commodantem peritura, & quid in foro conſcientiæ, & quid in actione reali, vide gloſsam ſextam. l. 9. titu. 2. part. 5.
Mora liue ſit iudicialis ſiue extra iudicialis facit quem teneri non obſtante caſu fortuito. vide glo. 5. l. 4. tit. 3. part. 5.
Mora an poſsit purgari quando agitur conditione ob cauſam contra donatarium non adimplentem modum ſub quo aliquid ſibi fuit relictũ vide glo. 1. l. 6. tit. 4. part. 5.
Mora emptoris in rebus quæ deguſtari ſolent, & in rebus quæ ponderari vel menſurari ſolent quando faciet vt periculũ rei ad ipſum pertineat & in quibus non, vide gloſsam. 2. 6. & 10. legis. 24. titulo quinto. partita. 5.
Et an venditor moroſus dicatur ſi non tradat rem ante quam pretium ſibi offeratur, vide glo. 1. l. 27. tit. 5. part. 5.
Mora non poteſt purgari niſi reintegra, vide gloſſam decimam ſextam. l. 28. tit. 8. part. 5.
Mora an poſsit purgari per emphyteotam priuati, vide ibidem in gloſſa decima octaua.
Mora & an ad conſtituendum aliquem in mora propter pœnam in ſtipulatione appoſitam ſufficiat interpellatio extra iudicialis vel requiratur litis conteſtatio, vide gloſsam ſeptimam legis decimæ quintæ. titulo. 11. partita quinta.
Et an dies expreſſa in ſtipulatione ſui promiſsione conſtituat aliquem in mora ſine alia interpellatione, vide gloſſam ſecundam legis decimæ octauæ. ibidem.
Et an conditionis euentus conſtituat debitorem in mora, vide dictam glo. 2. d. l. 18.
Et an difficultas excuſet debitorem ſpeciei vel facti vel quantitatis à mora, vide glo. 5. d. l. 18.
Mora an poſsit purgari vbi eſt appoſita dies & pœna ſi ad diem non impleatur promiſſum, vide gloſsam ſextam legis trigeſimæ quintæ. titulo. 11. partita. 5.
Mora an poſsit purgari ante litem conteſtatam nondum ſoluto intereſſe quando promittens facere promiſſum non impleuit, vide ibi. gloſſam nonam.
Mora an poſsit purgari quando ius actoris efficeretur deterius, vide glo. 4. l. 6. ibidem.
Et an in ſtipulationibus iudicialibus ſeu conuentionalibus difficultas impediat moræ & pœnæ commiſsionem, vide gloſsam quartam legis. 37. per textum ibi tit. 11. part. 5.
Et an & quando debitor ſi non ſoluerit conſtituatur in mora nulla præcedente interpellatione, vide gloſſas legis octauæ. titulo decimo quarto. partita quinta.
Mora an poſsit purgari in contractibus bonæ fidei non obſtante die & pœna, vide glo. 2. d. l. 8. tit. 14. part. 5.
Mora de iure canonico ſemper purgari poteſt ſi aduerſarius non ſit damnum paſſus propter moram vide. d. glo. 2. poſt medium.
Mora & an hæres poſt moram teneatur de morte vel periculo quod rei legatæ accidit etiam ſi eodem modo accidere debuerat penes legatarium, vide glo. 4. l. 41. tit. 9. part. 6.
MORAPETINI de quibus in legibus partitarum, de quibus & cuius valoris intelligantur, vide glo. 2. l. 7. tit. 18. part. 1. & gloſ. 5. l. 2. tit. 25. part. 2. & glo. 6. d. 12. tit. 11. part. 3. & glo. 3. l. 24. tit. 14. part. 7.
Morapetini de iure partitarum & iure hodierno cuius valoris ſint & qui libram faciant, vide gloſsam ſextam legis. 14. titu. 6. part. 3. & glo. 3. legi. 7. titu. 8. part. 3. & de illis vide etiam glo. 4. l. 8. tit. 21. p. 4.
Morapetini an ei qui dicãtur ad hoc vt donatio vltra ſummam requirat inſinuationem, vide glo. 4. l. 9. tit. 4. parti. 5.
MORBVS an excuſet à muneribus patrimonialibus, & an à perſonalibus vide glo. 3. l. 49. tit. 18. part. 3.
MORS eſt vltimum terribilium. gloſſa ſeptima legis ſextæ. titulo decimo octauo. part. 1.
Et conſtantiſſimos terret & eſt propria paſsio virorum fortium, vide gl. 3. l. 12. titulo. 18. part. 2.
Mors citius venit ratione peccati quam ſi peccatum non eſſet, vide glo. 2. legis. 37. tit. 4. parti.
Mors & de multis modis probandi alicuius mortem, vide gloſſam primã legis. 14. tit. 4. part.
Mori quis potius debet quam in peccato conſentiat, vide gloſſam octauam. colu. 2. quæſt. 2. l. 13. titu. part. 4.
Mors confirmat donationem inter coniuges factam, & quãdo & de qua morte iſtud ſit intelligendum, vide gloſſam ſextam legis quartæ. titulo primo. partita. 4.
Mors ciuilis qualis & quare ſic appelletur, & an ſtatutum in morte naturali habeat locum in ciuili, vide gloſſam primam. & gloſſam nonam legis. 2. titulo. 18. parti. 4.
Mortis timor vel amiſsionis bonorum an faciat aliquem non peccare licet aliquod crimen committat, vide gloſsam primam legis quartæ. titulo. 24. part. 4.
Mors & mortis mentio fieri debet in donatione ad hoc vt dicatur mortis cauſa facta, vide glo. 2. l. 11. tit. 4. part. 5.
Mors tertij in cuius manus pretium pro aliqua re fuit conſtitutum an venditionem retractet, & quid ſi moriatur vnus contrahentium, vide glo. 6. legis. 9. tit. 5. part. 5.
Mors naturalis patris profeſsi religionem an debeat ſpectari neque ante filijs legitima debeatur, vide gloſsam nonam legis. 17. titulo primo. partita ſexta.
Et qualiter iudex ſe habere debeat quando aliquem vult ad pœnam mortis condemnare, vide gloſsam ſecundam cum alijs ibi. l. 26. per textum ibi. titulo. 1. part. 7.
MORTIS POENA, vide in verbo POENA MORTIS.
MORTALE PECCATVM, vid. in verbo PECCATVM MORTALE.
MORTALITER PECCANS, duplici vinculo aſtringitur ad ſatisfaciendum, vide gloſſam primam. in medio legis vigeſimæ octauæ. titulo. 2. part. 1.
MORTVVS an vino præferatur in danda ſibi eleemoſyna, vide glo. 2. l. 42. titulo. 4. parti.
Mortui an gaudeant indulgentijs à Papa conceſsis pro ipſis, & an Papa illud facere poſsit, & quando, vide gloſsam finalem. columna ſecunda. l. 46. titulo quarto. part. 1.
Mortuus tempore interdicti debet in campis ſepeliri, vide gloſsam ſecũdam. in fine. & ibi glo. 5. l. 15. per text. ibi. tit. 9. part. 1.
Mortuus in eccleſia ſepeliri non debet, & quid hodie de conſuetudine, vide glo. 7. l. 1. titulo. 11. part. 1.
Mortuus vbi debeat ſepeliri, vide gloſsam primam cum alijs ibi. l. 5. titulo decimo tertio. part. 1.
Mortuus extra Regnum in illo ſepeliendus non eſt ſi viuus ibidem commorari non poterat, vide glo. 8. l. 1. tit. 28. part. 2.
Mortuus ſi aliquis eſſe dicatur qualiter illud ab hæredibus probati debeat, vide glo. 1. l. 14. titulo. 14. part. 3.
Mortuus & an ſententia pro mortuo vel contra eum ferri poſsit, & quando, vide glo. 4. l. 5. titulo. 22. part. 3.
Mortuus eſſe creditur ille qui eſt in articulo mortis, vide gloſsam nonã. colum. 2. poſt principium. l. 1. tit. 13. part. 4.
Mortuus ciuiliter eſſe dicitur deportatus, vide gloſsam nonam legis ſecũdæ. titulo. 18. part. 4.
Mortuus an & quando accuſari poſsit, vide gloſſas legis ſeptimæ. & 8. & l. 23. per textum ibi. titulo. 1. parti. 7.
Mortuus an & quando ſuſpendi poſsit, vide gloſsam tertiam dictæ legis ſeptimæ.
Et viuens cum vituperio vel cum infamia mortuus eſſe fingitur, vide gl. 6. legis. 7. titulo. 6. part. 7.
Mortuus ſi poſt quam fuit ſepultus iniurietur ab aliquibus qualiter ipſi puniantur, vide gloſſas legis duodecimæ. per textum ibi. titulo nono. partita ſeptima.
Mortuus debitor an poſsit per creditorem impediri ne tradatur ſepulturæ quouſque ſibi ſatisfactũ ſit. & quid ſi illud faciat cũ authoritate iudicis, vide glo. 1. l. 13. per text. ibi. titu. 9. part. 7.
Mortuus ſi iniurietur qualiter iniuriantes puniantur, vide gloſsam ſecũdam. d. l. 13. per text. ibi.
MOTVS primi non ſunt in hominum poteſtate, vide gloſsam primã l. 5. per textum ibi. titulo. 2. part. 7.
MORIENS RIXAM debet in totum culpari, & an aggreſſus in totum liberetur, vide gloſsam primam in proœmio tituli ſecundi. partita tertia.
MVLCTA à iudice per ſententiam condemnato poſita an ipſe iudex illam reuocare poſsit & mutare, & an idem in alia pœna, vide glo. 2. 3. & 4. l. 4. tit. 22. part. 3.
Et an iudex neceſſario mulctam tollere debeat ſi pauper ſit mulctatus, vide dictam gloſsam. 3.
Et an idem ſit dicendum ſi mulcta impoſita ſit ratione contumaciæ vel delicti, vide ibidem in glo. 4.
Mulcta improprie dicitur quando imponitur ſub nomine mulctæ ratione delicti ſiue contumaciæ, vide. d. glo. 4.
Mulcta alij applicata quam fiſco minui poteſt per iudicem, vide gloſſam 5. d. l. 4. titulo. 22. part. 3.

Mulcta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index materiarum

Mulsta quasi semper applicatur fisco, vide dictam glossam quintam.d.l.4.titulo.21.part.3.
MVLIER.
Excusatur.
Nupta contrahat matrimonium vel sponsalia.
Voueris.
Facit eleemosynam.
Testificat.
Prægnans.
Adultera vel meretrix, vel incestuosa.
Arcta vel lata.
Separatur.
Accusat vel accusatur vel agit.
Donat vel non.
Religionem intrat.
Dotans se vel perens dotem, vel lucra vel ea perdens.
Carceratur vel capitur.
Renuntiat.
Fide iubens.
Præfertur creditoribus vel alijs.
Lædit vel damnificatur.
Testatur vel legat.
Alienat.
Instituta hæres.
Adit hæreditatem.
Punitur.
Tutrix vel executrix testamenti.
MVLIER an possit prædicare & an possit sibi ad hoc dari licentia, vide glo.3.l.9.tit.6.part.1.
Mulier iudicare non potest & quando sic, vide glossas legis.26.titulo sexto.partit.4.
Mulierū commixtio est naturaliter suspecta & appetit virum sicuti natura formam, vide glo.2.l.37.titulo.6.part.1.
Mulier qua ratione à natura fuit flexibilis & amicabilis, vide ibidem.
Mulieres quales esse debeant vt possint cum clericis cohabitare, vide glo.3.ibidem.
Mulieres habitantes cum clericis si suspectę sint qualiter hodie puniātur vide.d.glo.3.in fine.
Mulieribus rusticis subuenitur propter iuris ignorantiam, alijs vero non vide glo.fin.l.fina.tit.1.part.1.
Mulierum consuetudo & ipsarum mos consuetudinem non inducit, vide glo.fin.l.2.tit.2.part.1.
Mulier instante necessitate baptizare potest, vide glo.1.5.tit.4.part.1.vide glo.etiam similem.tit.1.l.1.tit.7.part.4.
Mulieres confitentes peccata sua sacerdoti non habenti potestatem confitendi, an saluentur in fide sua, vide glossam sextam legis.21.titulo.4.partita prima.
Mulieres qualiter stare debeant tempore confessionis coram sacerdote, vide glossam finalem per textum ibi.legis vigesimæ sextæ.titulo.4.partita.1.
Mulier potest confiteri instante necessitate, vide glossam primam.l.29 tit.4.part.1.
Mulier si simplex sit poterit confiteri per scripturam, vide glo.2.legis.20 titulo.4.partit.1.
Mulier si clericum percutiat an teneatur ire Romam pro absolutione, vide glo.11.per text.ibi.in.l.4.tit.9.part.1.
Mulier viua scindi non debet vt partus viuus nascatur, vide glo.2.in fine legis.14.tit.10.part.1.
Mulier nō debet esse circa altare tempore missæ neque clericum seruiet dum celebrat neque respondet, vide glossam decimam legis.1.titulo 11.part.1.per text.ibi.
Mulier speciosa est sepulchrum dealbatum nisi fuerit sobria, casta, & pudica, & sine illis pulchritudo dicitur venenum, vide glossam octauam l.1.tit.6.parti.2.
Mulier & minor si concurrerint quod priuilegium dicatur potentius, vide glo.2.in fin.l.5.tit.3.part.3.
Mulier & an hoc sufficiat vt personaliter non possit citari, & quid si licet vxorata sit tamen in honeste viuit, vide glossam secundam legis.3.titulo.7.part.3.
Mulier ad videndum an sit corrupta debet ab obstetricibus inspici quas iudex eligere debet, vide glossam sextam legis octauæ.titulo decimo quarto.part.3.
Mulier dicens filium non ex marito genitum fides ei non est adhibenda si contrarium per filium probetur, vide glossam primam legis nonæ.titulo.14.part.3.
Mulier quæ in habitu viri incedit testis esse non potest & multa contra ipsas hoc facientes, vide glossam decimamoctauam legis octauæ.titulo.16.part.3.
Mulieres an possint cogi vt denuntient maleficia mulierum quæ inter eas occulte committuntur, vide glossam quartam legis sextæ.titulo 17.parti.3.
Et an sufficiat ad mulieris excusationem quod faciat fieri inquisitionem domesticam per solum notarium villæ, vide ibidem.
Mulier si sit contumax an audiatur appellans, vide glossam secundam. in fine.l.9.tit.23.part.3.
Mulier quæ per stipulationem cum aliquo contrahere promisit si non contrahatur ad quid teneat, vide glo.2.l.2.tit.1.part.4.
Mulier si leprosa sit magis imminet periculum viro quā mulieri si vir sit leprosus, vide glo.7.l.7.tit.2.parti.4.
Mulier si dixit se esse virginem cum ita non sit an propter id matrimonium dissoluatur, & quid in sponsa de futuro ante copulam, vide glo.6.l.10.tit.2.part.4.
Et quid si quis cum aliqua contrahat matrimonium sub conditione scilicet, si te virginem inuenero, vide.d.glo.6.
Mulier & illi minor metus est iustus & sufficiēs quam in persona viri, vide glo.7.l.15.tit.2.part.4.
Mulier honesta & si vidua sit si timeat se per vim ab aliquo cognosci illud præbet iustam causam timendi, vide ibidem in glo.12.
Mulieri non est ignoscendum quæ propter paupertatem turpissimam vitam elegit, vide glo.2.l.5.tit.3.parti.4.
Mulier si virgo sit neque à viro propter eius virginitatem cognosci possit, an possit cum aliquo actu medicinali claustra pudoris frāgere si postea illam cognoscere poterit, & an illud sit contra naturam, vide glo.6.l.2.tit.8.part.4.
Mulier quæ à viro cognosci non potest carnaliter tolerare debet vt aperiatur si periculum sit leue, vide glossam octauam legis secundæ.titulo 8.partita.4.
Mulier qualiter & à quibus matronis inspicienda sit quando dicit virum frigidum esse, vide glo.9.l.5.tit.8.part.4.
Mulier an excusetur ab adulterio si per vim fuit coacta, & qualis ista vis esse debeat, & quid si maritus illam præmonuit vt aufugeret ne vi hostium opprimeretur & ipsa noluit, vide glo.1.per text.ibi.l.7.tit.9.p.4.
Mulier qualiter debeat certificari de morte viri sui ante quam cum secūdo contrahat, & an sufficiat probatio per famam, vide glossam.2.legis 8.tit.9.parti.4.
Mulier an teneatur cauere de euictione rei dotalis si illud sibi maritus petierit, vide glo.1.l.22.tit.11.part.4.
Mulier soluto matrimonio quas vestes hæredibus mariti reddere debeat vide glo.7.l.23.tit.11.part.4.
Mulier aduersus maritum quod remedium habeat si dilapidauerit dotē, & quæ remedia sibi competāt, vide glossam primam legis.21.titulo.11.partita.4.
Mulier an teneatur idoneam cautionem mariti recipere de non dilapidando dotem ipsius si restituere nolit, vide glossam quartam dictæ legis vigesimæ nonæ.
Mulier qualiter & intra quantum tempus soluto matrimonio dos reddi debeat, & quando, & quid si marito dos fuerit sibi legata, an tunc statim dos debeatur non spectata dilatione, vide glossam tertiam legis 31.tit.11.part.4.
Quod proceeit etiam si maritus esset pauper tempore contractus matrimonij, vide ibidem.
Mulier tenetur donationem propter nuptias sibi factam statim restituere si ei dos fuerit statim restituta, vide glossam quartam dictæ legis.31.titulo.11.part.4.
Mulier quæ ad tertias nuptias conuolauit de incontinentia notatur & illud est abominabile apud homines, vide glossam primam legis primę titulo.12.part.4.
Et an legatum mulieri ab extraneo relictum si caste vixerit debeatur illi si tertio nupserit, vide.d.glo.1.
Et an valeat legatum per maritum vxori relictum dummodo nō nubat si ad secundas nuptias conuolauerit, vide ibidem.
Mulier qua de causa impediatur matrimonium contrahere intra annum luctus, vide glossam tertiam legis tertiæ.tit.12.part.4.& ibi vide glos.4.& glo.3.l.5.tit.3.part.6.
Et pœnæ quæ de iure ciuili contrahenti imponebantur sunt per ius canonicum sublatæ secundum opinionem communem, vide ibidem in.d.glo.3.d.l.3.iuncta ibi.glo.4.
Et an pœnæ sic impositæ nubenti habeant locū in aliquo casu vel quando sunt positæ in filiorum fauorem, vide ibidem.
Et an illæ pœnæ de iure ciuili habeant etiam locum si matrimonium solueretur aliter quam per mortem, vide ibidem in.d.glo.4.
Mulier eo ipso quod peccat in corpore amittit priuilegia mariti & tutelā filiorum, vide glo.6.d.l.3.tit.12.part.4.
Mulier quæ assistit in taberna & dat vinum potantibus vilis esse dicitur, & quid de domina cauponæ, vide glossam quintam legis tertiæ.titulo 14.part.4.
Mulier quæ publicis præest mercimonijs non potest esse concubina illustris neque aliæ multæ, vide glossam sextam cum alijs ibi per illum textum ibi.in.d.l.3.
Mulier vide an possit filium suum ponere ad seruiendum alicui, vide glo.1.in proœmio tit.17.part.4.
Mulier an possit habere peculium quasi castrense ex principis donatione vide glo.7.l.7.tit.17.parti.4.
Mulier an debeat mittiri in possessionē rerum mariti si sit prægnans, vide glo.1.l.3.tit.25.part.4.& ibi. vide quid si bona sint maioriæ.

Mulier

Septem Partitarum.

Mulier & an possit deponi res in muliere, vide glossam tertiam legis tertiæ.tit.3.part.5.
Mulier luxuriose viuens & malæ famæ potest à vicinia expelli ne alios inficiat, vide glo.2.l.14.titu.10.part.5.
Et quid si filius familias recipiat mutuum pro dote mulieris an iuuetur macedoniano, vide glo.3.l.3.tit.12.part.5.
Mulier præsumitur ignorare iura, vide glo.4.d.l.3.
Mulier veste virili vti non debet, & quid si faciat vt recipiatur eius fideiussio, vide glo.10.d.l.3.tit.12.part.5.
Mulier an dote priuari debeat in causa primipilari vel ob tributum Regi soluendum vel quando mariti earum fallunt, id est (se alçan) vide glo.7.l.25.tit.13.part.5.
Mulier an prius debeat habere arras quam alia debita soluantur, vide glo.2.l.29.titu.13.part.5.
Mulier & fiscus pari passu ambulant in præferendo se cæteris creditoribus etiam si obreptionem crediderint, vide glo.3.&.4.d.l.29.& glo.2.l.33.per text.ibi.titu.13.part.5.
Mulier ex nouatione in se suscepta obligatur ipso iure sed ei succurritur per vellcianum, vide glossam tertiam legis.17.titulo decimoquarto. partita quinta.
Mulier si libidinis causa aliquid recepit si postea promissum non adimpleat, an sic datum ab ea repeti possit, vide glossam secundam legis.53. titulo decimo quarto.part.5.
Et quid si ipsa turpitudinē fecit prout promisit an sibi datū repeti possit, & an illud fisco applicetur, vide ibidem.
Mulier an possit testare & disponere de tali lucro turpiter acquisito, vide ibidem.
Et an si mulier non fecit talem turpitudinem an fiscus possit ab ea tale lucrum vendicare, vide ibidem.
Mulier quæ causa libidinis aliquid recepit an in foro animæ restituere teneatur, & cui, vide.d.glo.2.in fine.
Et quid si causa libidinis sit ei aliquid promissum an illud ab ea exigi possit, vide glo.4.d.l.5.
Mulier in continens inter seruos suos dedecus est totius cognationis, & an accusata de adulterio cum seruo illum suum hæredem facere possit vide glo.2.l.3.tit.3.part.6.
Mulier rapta si nubat raptori an ex eius testamento aliquid capere possit vide glo.12.l.4.tit.3.part.6.
Mulieres esse debent in partu fœminarum, viri autem non, vide glos.5.l.17.per text.ibi.tit.6.part.6.
Mulieres in qua ætate maritari debeant & quid si adsit regionis consuetudo, vide glo.8.l.7.tit.7.part.6.
Mulier si dederit marito facultatem eligendi vnum ex filijs suis ad maioriam, si non eligat intra annum an postea eligere possit, & an tunc eligere possit filium quem habet in potestate, vide glo.2.l.25.tit.9.par.6.
Mulier de bonis suis etiam paraphernalibus sine licentia viri disponere non potest, vide glossam quartam.columna quinta.ad medium legis 6.titulo.11.part.6.
Mulier quæ ex adulterio concepit filium an talis filius ei succedere possit, vide glossam quintam.columna prima.quæstione.1.&.2.legis.11.titulo.13.parti.6.
Mulieres diligunt maritos etiam vltra filios, vide glo.14.l.4.tit.16.parti.6.&.glo.6.l.19.ibidem.
Et an mulieres luxuriose viuenti per iudicem curator dari possit, vide glo.1.l.13.titu.16.part.6.
Mulieres olim adiscebant grammaticam, vide glossam secundam legis 16.titulo.16.part.6.
Mulieres an & quales possit tutorem minoris accusare de suspecto, vide glo.2.l.2.tit.18.part.6.
Mulier si committat crimen proditionis an filij sui sint puniendi, vide glo.5.in prin.& glo.6.l.2.titu.2.part.7.
Mulier si cum sit nupta vocetur meretrix quia illud antea fuit, an vocans teneatur actione iniuriarum, vide glossam septimam in fine legis.1.titulo.9.parti.7.
Mulier an possit inferre violentiam cum armis, vide glossam primam.l.8.titulo.10.part.7.
Mulier malæ famæ debet eijci de vicinia ne alias inficiat vel infamet, vide glo.3.col.2.l.7.tit.17.parti.7.
Mulier quæ cum proprio seruo se iniungit qualiter puniatur siue nupta sit siue non, vide glossam sextam septimam & octauam.l.15.per textū ibi.titulo.17.part.7.
Et quid si secum alio famulo suo se immisceat an eadem pœna puniatur, vide.d.glo.7.
Mulier si sine vi seducta sit suasionibus viri an tunc vir pœnam stupratoris habere debeat, vide glossam tertiam legis secundæ.titulo decimonono.part.7.
Mulier nupta, vidua, vel virgo, si per vim ab aliquo rapiatur qualiter rapiens puniatur, vide glossas.l.3.per text.ibi.tit.20.part.7.
Et an solus raptus sine alia commixtione sufficiat ad incurrendam pœnam legis, vide ibidem in glo.2.
Mulier indæa siue hæretica non gaudet priuilegio dotis, vide glo.1.l.7.titulo.24.partita.7.
Mulier maiora vulnera patitur quam masculus, & an ipsa priusquam masculus torqueri debeat quando ambo veniunt torquendi, vide glo.2.l.5.titulo.30.part.7.
MVLIER EXCVSATVR, & mulier minor.12.annis an excusetur propter iuris ignorantiam, vide glossam tertiam legis fina.per textum ibi.titulo.1.part.1.
Mulieribus rusticis subuenitur propter iuris ignorantiam, alijs veto non, vide glo.fina.d.l.finalis.
Mulier an excusetur ab adulterio si per vim fuit coacta, & qualis ista vis esse debeat, & quid si maritus illam præmonuit vt aufugeret ne vi hostium opprimeretur & ipsa noluit, vide glossam primam per textum ibi.l.7.titu.9.part.4.
MVLIER NVPTA CONTRAHIT matrimoniū vel sponsalia, & mulieres contrahentes scienter matrimonium cū existentibus in sacris ordinibus qua pœna feriantur, vide glossam quartam legis.41 titulo.6.part.1.
Mulier quandiu est nupta desinit esse ciuis propriæ originis & in quibus vide glo.7.l.32.titu.2.part.3.
Mulier cum qua iudex matrimonium contrahere vel uit coram eo citari non potest & idem si eam per vim habere voluit & iste est casus specialis, vide glo.1.l.6.titu.7.part.3.
Mulier quæ per stipulationem cum aliquo contrahere promisit si non contrahat ad quid teneatur, vide glossam secundam legis secundæ.titulo primo.parti.4.
Mulier quæ matrimonium contrahit licet vetula sit: neque parere possit matrimonium tenet, vide glossam quartam legis tertiæ.titulo secundo.partita.4.
Mulier si matrimonium contrahat cum aliquo errando in ipsius personā quia de eo aliquando habuit notitiam an teneat matrimoniū, & quid si de eo nullam habuit notitiam, sed dixit se filium Regis, &c. vide gl.3.per textum ibi.l.10.tit.2.parti.4.
Et quid si mulier erret in qualitate an talis qualitatis error vitiet matrimonium, vide ibidem in glo.4.
Mulier si dixit se esse virginem cum ita non sit, an propter id matrimonium dissoluatur, & quid in sponsa de futuro ante copulam, vide glos.6.d.l.10.titu.2.part.4.
Et quid si quis cum aliqua contrahat matrimonium sub conditione scilicet, si te virginem inuenero, vide.d.glo.6.
Mulier qualiter debeat certificari de morte viri sui ante quam cum secūdo contrahat, & an sufficiat probatio per famam, vide glossam secundam.l.8.titulo.9.parti.4.
Mulier si matrimonium contraxerit in vno loco & postea fuerit ad aliū ad ibi habitandum translata qualis locus inspiciendus sit vt pactiones inter eos positæ obseruentur vel non, & an locus domicilij mariti, vide glo.1.l.24.titu.11.part.4.
Mulier quæ ad tertias nuptias conuolauit de incontinentia notatur & illud est abominabile apud homines, vide glossam primam legis primæ titulo.12.part.4.
Et an legatum mulieri ab extraneo relictum si caste vixerit debeatur illi si tertio nupserit, vide ibidem.
Et an valeat legatum per maritum vxori relictum dum modo non nubat si ad secundas nuptias conuolauerit, vide ibidem.
Mulier qua de causa impediatur matrimonium contrahere intra annum luctus, vide glossam tertiam legis tertiæ.titulo.12.part.4.& ibi vide glo.4.& glo.3.l.5.tit.3.parti.6.
Et pœna quæ de iure ciuili sic contrahenti imponebantur sunt per ius canonicum sublatæ secundum opinionem communem, vide dictam gl.3.d.l.3.iuncta ibi.glos.4.
Et an pœnæ sic impositæ nubenti habeant locum in aliquo casu vel quā do sunt positæ in filiorum fauorem, vide ibidem.
Et an illæ pœnæ de iure ciuili habeant etiam locum si matrimoniū soluetur aliter quam per mortem, vide ibidem in.d.glo.4.
Mulier si matrimonium cum præside durante officio contraxerit an permetum contraxisse videatur, & an hæc præsumptio alias probationes iuuet, vide glossam duodecimam per textum ibi.l.2.titulo decimo quarto.part.4.
Mulier rapta contrahens cum suo raptore matrimonium an amittat bona raptoris quæ propter raptum sibi applicata fuerunt, & an per matrimonium raptor à pœna liberetur, vide glossam tertiam legis tertię titulo.20.part.7.
Mulier scienter contrahens matrimonium illicitum & dotem tradens viro hoc ignoranti an matrimonio soluto dotē repetere possit. & quare non, & quid si non tradidit dotem sed tantum promisit, vide glo.1.l.50.titulo.14.part.5.

Bb Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et an in tali casu dos cedat lucro mariti vel applicetur fisco, vide ibidem.
Et quid si ambo impedimentum sciebant, & quid si matrimonium non fit adhuc carnali copula consummatum, vide glossas legis.51.titulo.14. partita quinta.
Mulier rapta si nubat raptori an ex eius testamento aliquid capere possit, vide glo.12.l.4.tit.3.part.6.
Mulier nubens infra annum luctus an debeat puniri, vide dictam gloss. duodecimam in fine.
Mulier quando sponsalia contraxit an amittat per hoc filiorum suorum tutelam, vide glo.1.l.5.tit.16.part.6.
Mulier si cum sit nupta vocetur meretrix, quia illud antea fuit an vocans teneatur actione iniuriarum, vide glossam septimam in fine legis.1.tit. 9.partita.7.
Mulier quæ scienter cõtraxit matrimoniũ cũ hæretico an amittat dotẽ, vide glo.3.l.2.tit.2.part.7.
Mulier quæ viuente primo viro matrimonium cum alio contraxit qualiter puniatur, & an de isto crimine cognoscant inquisitores hæreticæ prauitatis, vide glossam primam legis.16.per textum ibi.titulo decimoseptimo.part.7.
Mulier nupta, vidua, vel virgo si per vim ab alio rapiatur qualiter rapiens puniatur, vide glossas legis tertiæ.per textum ibi titulo vigesimo.partita septima.
Et an solus raptus sine alia commixtione sufficiat ad incurrendam pœnã legis, vide ibidem in glo.2.d.l.3.
Mulier nupta si fiat Sarracena vel hæretica amittit dotem & de eius pœna vltra hoc, vide glossam secundam & tertiam legis sextæ.titulo vigesimoquinto.part.7.
MVLIER VOVENS, Mulier simpliciter dando licentiam marito intrandi religionem an tacitè videatur vouere continentiam, & an de hoc debeat certificari.glo.6.l.11.tit.7.part.1.
Mulier etiam si senex sit marito intrante religionem vouere debet, vide glo.8.l.11.tit.7.part.1.
Si vero sit iuuenis etiam si castitatem voueit profiteri tenetur, vide gloss. nonam ibidem.
Mulier an possit continentiam vouere sine mariti consensu, vide glossã nonam.l.3.titu.8.part.1.
Et quid in voto vltra marino emisso pro subsidio terræ sanctæ, vide ibidẽ & glo.3.l.fina ibidem.
Mulier an vouere possit si votum sit marito præiudiciale, vide glossam 11.l.7.titulo.2.part.4.
In sui tamen præiudicium bene potest vouere, vide ibidem in glossa duodecima.
Mulier si viro licentiam dederit intrandi religionem an videatur vouere continentiam tacitè, vide glossam tertiam legis secundæ.titulo decimo.partita.4.
MVLIER FACIT ELEEMOSYNAM.
Mulier de quibus possit facere eleemosynam in vita mariti, vide glo.5.l. 11.titulo.23.part.1.
MVLIER TESTIFICAT. Mulier quæ in habitu virili incedit testis esse non potest & multa contra ipsas hoc facientes, vide glossam 18.l.8.tit.16.part.3.
Mulier an possit esse testis in crimine capitali, vide glossam primam.l.17 titulo.16.part.3.
Mulier an possit esse testis in testamento facto inter liberos, vide glo.3.legis.7.titulo.1.part.6.
MVLIER PRAEGNANS si sit, & fidelis & decedat fueritque sepulta in aliqua ecclesia non consecrata, an ea inde non abducta ibidem consecratio fieri possit, vide glossam secundam legis.14.titulo decimo.part.1.
Mulier viua scindi non debet vt partus viuus nascatur, vide glossam secundam in fine.d.l.14.
Mulier prægnans petere poterit in die feriata vt mittatur in possessionẽ rerum ne fame pereat, vide glossam septimam legis.35.titulo secundo partita.3.
Mulier quæ dicit se prægnantem debet in possessionem bonorum mitti etiam si bona sint feudalia, vide glossam septimam legis septimæ.titulo.23.partita.3.
Mulier an debeat mitti in possessionem rerum mariti si prægnans sit, vide glossam.1.l.3.tit.25.part.4.
Et ibi vide quid si bona sint maioriæ.
Mulier dicens se prægnantem qualiter custodiri debeat & per quos, & an illud consanguineis mariti dicere debeat, & quibus, & an ea inuita venter inspici vel tangi debeat vel aliquo modo perscrutari, vide glo.1. 2.&.3.&.4.l.17.per text.ibi.tit.6.part.6.
Mulier prægnans si abortum fecerit an qui causam sibi dedit pœna homicidæ puniatur, vide glo.1.l.1.tit.8.part.7.
Mulier prægnans si sui culpa ab ortum fecerit qualiter puniatur, & quando, vide glossas.l.8.per textum ibi.titu.8.part.7.
Mulier prægnans quæ mittitur in possessionem rerum mariti habet solummodo nudam detẽtationem, vide glossam quintam legis.11.titulo decimo.part.7.
Mulier prægnans an possit torqueri & an statim post partum, & quid si non inueniatur nutrix an differatur tortura, vide glossam octauam legis.2.per textum ibi titu.30.part.7.
Mulier prægnans nõ debet vltimo supplicio puniri quousque pariat, vide glo.4.l.11.tit.31.part.7.
MVLIER ADVLTERA, vel meretrix, vel incestuosa.
Mulier accusata de adulterio an ei prosit sententia in fauorem adulterij lata & quando, vide glossam quintam legis vigesimæ primæ.titulo.22. partita tertia.
Mulier an excusetur ab adulterio si per vim fuit coacta, & qualis ista vis esse debeat, & quid si maritus illam præmonuit vt aufugeret ne vi hostium opprimeretur & ipsa noluit, vide glossam primam per textum ibi.l.7.titu.9.part.4.
Mulier adultera debet marito dotem & donationem propter nuptias restituere, vide glo.4.per text.ibi.l.12.tit.9.part.4.
Mulier incontinens inter seruos suos dedecus est totius cognationis, & an accusata de adulterio cum seruo illum suum hæredem facere possit, vide glo.2.l.3.tit.3.part.6.
Mulier quæ ex adulterio concepit filium an talis filius ei succedere possit, vide glossam quintam, columna prima.quæstione.1.&.2.legis.11.titulo.13.part.6.
Mulier adultera per maritum occidi potest, & quo iure maritus ad hoc admittatur, vide.d.glo.5.col.1.in fine.& col.2.in principio.
Mulier reperta in adulterio vel intra annum luctus nubens seu luxuriosè viuens est infamis infamia iuris, vide glossam.1.2.&.3.l.3.per.text. ibi titulo.6.part.7.
Mulier quæ verè adultera est an contra vocantem sibi adulteram agat actione iniuriarum etiam si vocãsi illud probare velit & an admittatur, & an tunc cum verum dixit teneatur se dedicere, vide glo.7.columna 2.quæstio.12.&.13.l.1.tit.9.part.7.
Mulier non potest accusari de adulterio ab extraneo sed à solo marito ipsius, vide.d.glo.7.col.2.quæst.2.
Mulier si cum sit nupta vocetur meretrix qui a illud antea fuit an vocans teneatur actione inisriarum, vide.d.glo.7.in fine.
Mulier accusata de adulterio quando debet exceptionem lenocinij proponere, vide glo.4.l.7.tit.17.part.7.per text.ibi.
Et quales alias exceptiones proponere possit in sui defensionem & quando, vide glossas.l.8.9.10.&.11.ibidem.
Mulier quæ cum proprio seruo se iniungit qualiter puniatur siue nupta sit siue non, vide glossam sextam septimam & octauam.l.15.per textũ ibi.titulo.17.part.7.
Et quid si cum alio famulo suo se immisceat an eadem pœna puniatur, vide dictam glo.7.
Mulier incestuosa qualiter & quando puniatur eadem pœna qua vir, vide glo.2.l.3.per text.ibi.tit.18.part.7.
Mulier si meretrix sit an eius raptus sit punibilis vel non & quando sic, vide glo.7.l.1.titu.19.part.7.
MVLIER ARCTA vel lata: mulier si sit multum arcta vel lata, lata quod à viro cognosci non possit carnaliter, an propter hoc matrimonium dissoluatur, vide glossam quintam legis.21.titulo octauo.part.4. per textum ibi.
Et idem est si habet aliud impedimentum per quod incognoscibilis reddatur, vide ibi glo.5.
Mulier si virgo sit neque à viro propter eius virginitatem cognosci possit an possit cum aliquo actu medicinali claustra pudoris frangere si postea illam cognoscere poterit, & an istud sit contra naturam, vide gloss. 6.l.2.titulo.8.part.4.
Mulier quæ à viro cognosci non potest carnaliter curare debet vt aperiatur si periculum sit leue, vide glossam octauam legis secundæ.titulo.8. partita quarta.
Mulier quæ à viro propter eius arctitudinem cognosci non poterit si ab eo separetur & à secundo viro cognoscatur an ad primum redire debeat, vide gloss.l.3.tit.8.part.4.
Et quid si ex vsu secundi viri facta fuit cognoscibilis primo, vide ibidem
Mulieres quæ per medicinam reddunt se arctas & quid tunc matronæ illas inspicientes facere debeant, vide glossam nonam legis quintę.titulo octauo.part.4.
MVLIER SEPARATVR, & mulier quæ à viro propter eius arctitudinem cognosci non potuit si ab eo separetur & à secundo viro cognoscatur an ad primum redire debeat, vide glo.1.l.3.tit.8.part.4.
Et quid si ex vsu secundi viri facta fuit cognoscibilis primo, vide ibidẽ.
Mulier corrupta si petat matrimonium separari ob viri sui frigiditatem intra quantum tempus istud allegare debeat, & quid in virgine, vide glossas.l.6.titulo.8.part.4.
Mulier quæ à matrimonio fuit ob viri frigiditatem separata, si ipse post aliam

aliam carnaliter cognouit an ipsa petere possit separationem quo ad thorum propter adulterium viri cum alia factum vt ad primam vxorem non redeat, vide glossam secundam legis septimæ.titulo octauo. partita.4.
MVLIER ACCVSAT, vel accusatur, vel agit.
Mulier potest maritum accusare de adulterio quo ad thori tantum separationem, vide glo.12.l.2.tit.9.part.4.
Mulier si agat hypothecaria contra tertium possessorẽ pro sua dote constante matrimonio vt se alat ex ea, an tunc huic tertio possessori liceat offerre pecuniam pro tali hypotheca, & quando sic, vide glossam.3.l. 18.titulo.13.part.5.
Mulier si agat hypothecaria contra tertium possessorẽ pro sua dote constante matrimonio vt se alat ex ea, an tunc huic tertio possessori liceat offerre pecuniam pro tali hypotheca, & quando sic, vide glo.3.legis.18. titulo.13.part.5.
Mulier si velit maritum de frigiditate & impotentia accusare qualiter illud faciat, vide glossam secundam legis decimæ.titulo nono.partita quarta.
Mulier potest in foro ecclesiastico virum suum de adulterio accusare, secus in foro seculari, vide glossam quartam & quintam.per textum ibi. l.13.tit.9.parti.4.
Mulier an possit agere contra donantem vt pignus redimat quãdo illud sibi dedit libidinis causa & pro securitate promisit, vide glo.4.legis.53. titulo.14.part.5.
Mulieres an & quales possint tutorem minoris accusare de suspecto, vide glo.2.l.2.tit.18.part.6.
Mulier an & quando admittatur ad accusandum, vide glossam tertiam l.1.titulo.1.part.7.
Mulier post eius mortem accusatur quando occidit maritum & bona tunc applicabuntur fisco, vide glossam quartam & quintam legis.8. per textum ibi.titulo.1.part.7.
Mulier de supposito partu accusari potest perpetuo per maritum & per quem alium, vide glossam primam legis tertiæ.per textum ibi.titulo septimo.part.7.
Et an pro isto delicto veniat imponenda pœna mortis, vide glossam.4.l. 6.titulo.7.part.7.
MVLIER DONAT vel non.
Mulier naturaliter est auara neque donare vnquam præsumitur, vide gl. 7.per text.ibi.l.3.tit.11.part.4.
Mulier si propter prohibitionem donare non possit, an possit donare causa mortis, vide glossam primam legis vndecimæ.titulo quarto.partita quinta.
MVLIER RELIGIONEM INTRAT.
Mulier si fuerit religionẽ ingressa an statim nõ expectata ipsius morte naturali vir consequatur dotem ipsius ex pacto de dote lucranda inter eos facta, vide glossam sextam legis vigesimæ tertiæ.titulo vndecimo partita quarta.
MVLIER DOTANS SE, vel petens dotem, vel lucra vel ea perdens.
Mulier si dedit in dotem alicuius rei proprietatem cum vsus fructus sit penes alium an illo cum proprietate consolidato veniat in commodum vxoris tantum vel etiam mariti, & sic tale lucrum debeat diuidi, vide gio.5.l.18.tit.11.part.4.
Mulier si marito in dotem dederit gregem pecorum ita scilicet & sub nomine gregis in vniuersali si postea aliqua præmoriantur an maritus de postea natis debeat gregem supplere, & an ad hoc teneatur & si nõ sub nomine gregis illa dederit, vide glossam secundam legis.21.titulo vndecimo.part.4.
Et quid si non nascantur an teneatur supplere de alijs, & quando, vide ibidem glossam quartam.
Mulier an teneatur cauere de euictione rei dotalis si illud sibi maritus petierit, vide glo.1.l.22.titulo.11.part.4.
Mulier an iterum se ipsam dotare teneatur si primo dos non potuit ab ea marito dari, ideoque fuit euicta si ipsa habeat multa bona paraphernalia, & maritus illam alere noluerit, vide glo.3.d.l.22.
Mulier propter adulterium dotem amittit, & quid si pater vel alius cum illud dat sit stipulatus sibi reddi soluto matrimonio, vide glossam primam.l.23.tit.11.part.4.
Mulier aduertus maritum quod remedium habeat si dilapidauerit dotẽ, & quæ remedia sibi competant, vide.d.glo.1.l.29.tit.11.part.4.
Mulier an teneatur idoneam cautionem mariti recipere de non dilapidando dotem ipsius si restituere nolit, vide glo.4.d.l.29.
Mulier an à marito dotem exigere possit, si ipse non sui culpa ad inopiã peruenerit, vide glo.6.l.29.tit.11.part.4.
Et quod procedit etiam si maritus esset pauper tempore contractus matrimonij, vide ibidem.
Mulieri qualiter & intra quantum tempus soluto matrimonio dos reddi debeat, & quando, & quid si à marito dos fuerit sibi legata, an tunc statim dos debeatur non expectata dilatione, vide glossam tertiam legis 31.titulo.11.part.4.
Et quid de fructibus rerum mobilium vel de ipsorum pretio, vide dictã glossam tertiam ad finem.
Mulier tenetur donationem propter nuptias sibi factam statim restituere si ei dos fuerit statim restituta, vide glossam quartam dictæ legis.31. titulo.11.in partita.4.
Mulier constante matrimonio non potest aliquid petere ex lucris acquisitis illo durante, & quare, vide glossam secundam.quæstio.4.in fine legis.55.titulo.5.parti.5.
Mulier si agat hypothecaria contra tertium possessorem pro sua dote cõstante matrimonio vt se alat ex ea, an tunc huic tertio possessori liceat offerre pecuniam pro tali hypotheca, & quando sic, vide glossam.3.l. 18.titulo.13.part.5.
Mulier an dote priuari debeat in causa primipilari vel ob tributum Regi soluendum vel quando mariti earum fallunt, id est (se alçan) vide gloss. 7.l.25.tit.11.part.5.
Mulier si propter vergentiam viri ad inopiam agat ad dotem, an tunc creditoribus competat ius offerendi, vide glossam secundam legis.24.titulo.13.partita.5.
Mulier scienter contrahens matrimonium illicitum & dotem tradens viro hoc ignoranti an matrimonio soluto dotem repetere possit, & quare non, & quid si non tradidit dotem sed tantum promisit, vide glo.5.l. 50.titulo.14.part.5.
Et an in tali casu dos cedat lucro mariti vel applicetur fisco, vide ibidem.
Et quid si ambo impedimentum sciebant, & quid si matrimonium non fit adhuc carnali copula consummatum, vide glossas legis.51.titulo decimoquarto.part.5.
Mulier si in dicto casu dotem petierit an vir possit contra eam excipere de iure fisci, vide ibidem in glo.3.
Et quid si errauerit in iure an talis error illos excuset à pœna, vide glossã quintam.d.l.51.
Mulier si in dotem mancipia æstimata dedit si postea illa sibi à marito legentur, an ipsa mancipia & æstimationem habere debeat, vide gloss. quæst.2.l.16.titulo.9.part.6.
MVLIER CAPITVR vel CARCERATVR.
Mulier non capitur etiam pro delicto fiscali nisi descendat ex delicto vel sit mulier luxuriosæ vitæ, vide glossam tertiam legis tertiæ.titulo septimo.part.3.
Et quid si debitum descendat ex administratione tutelæ, & quando, & quid si tunc sit vxorata, vide.d.glo.3.
Mulier an possit pro debito dotis incarcerari, vide.d.gloss.3.
Mulier pro debito carcerari non potest, vide glossam.13.in fine legis.29. titulo.8.part.5.
Mulieres captæ cum hominibus in carcere poni non possunt, & quid in meretrice, vide glo.1.l.5.tit.29.part.7.per text.ibi.
Mulier quæ in monasterio carceratur an gaudeat immunitate, vide gloss. secundam.d.l.5.
Et an monasterium illam defendere possit ne extrahatur, vide ibidem.
MVLIER RENVNTIAT.
Mulier cum defendit consanguineum morti condemnatum an debeat renuntiare velleiano, vide glo.8.l.5.tit.5.part.3.
Mulier si consenserit in venditione mariti & renuntiauit iuri hypothecę an talis renuntiatio valeat, vide glossam tertiam legis.58.titulo decimooctauo.parti.3.
Mulier si renuntiet beneficio.l.2.C.de rescindenda venditione prius de illo certiorari debet, vide glossam duodecimam.ad finem legis.56.titulo.5.part.5.
Mulier, si simpliciter renuntiet velleiano an præsumatur de tali beneficio prius fuisse certioratam, & quid si ibi interuenerit iuramentum, & an stetur notario dicenti fuisse certioratam, vide glossam quartam legis.3.tit.12.part.5.
Mulier an possit fideiubere ad piam causam vel patre incarcerato, & an tunc teneatur renuntiare velleiano & si non renuntiet possit à patre exhæredari, vide glo.18.l.4.tit.7.parti.6. & vide de hoc infra in verbo MVLIER FIDEIVBENS.
MVLIER FIDEIVBENS. Mulier in quibus casibus fideiubere possit, & quando, & quibus concurrentibus, & qualiter tunc fideiussio fieri debeat, & qualiter certiorari debeat de priuilegijs sibi competentibus, vide glo.1.3.per text.ibi.tit.12.part.5.
Mulier non potest fideiubere pro marito neque renuntiatio aliquid operabitur, vide glo.6.d.l.3.
Et quid si renunciatio fiat coram testibus instrumento non interuiente, an tunc renuntiatio aliquid operetur, vide ibidem.
Mulier an teneatur de fideiussione ab ea facta ex reiteratione actus, vide ibidem in glossa septima.per textum ibi & glo.3.in fine legis.27.titulo.11.part.5.
Mulier si pro fideiubendo pretium recepit an fideiussio teneat, & quale istud pretium esse debeat, vide ibi glo.9.d.l.3.
Mulier velle virili vti non debet & quando hoc sibi liceat, & quid si faciat, vt recipiatur eius fideiussio, vide ibidem in glo.10.
Mulier fideiubens iterum post biennium an retrotrahatur ista obligatio

Universidad de Deusto Biblioteca

ad primam intercessionem, vide glo.3.in fine.l.27.tit.13.part.5.
Mulier an posit fideiubere ad piam causam vel patre incarcerato, & an tunc teneatur renuntiare velleiano, & si non renuntiet posit à patre exhæredari, vide glo.18.l.4.tit.7.part.6.
MVLIER PRAEFERTVR CREDITORIBVS vel alijs.
Mulier habet priuilegium prælationis virtute tacitę hypothecæ quam in bonis mariti habet aduersus cæteros creditores, & an idem sit dicendum in marito cum habeat eandem tacitam hypothecã in bonis vxoris, vide glo.1.l.23.tit.13.part.5.
Et an mulier habeat tacitam hypothecam in bonis mariti quando à principio per pactum iuratum hoc fuit conuentum, vide ibi glos.2.
Et de virtute huius tacitæ hypothecæ & ad quæ bona extendatur, vide d.glo.2.per totam.
Mulier in dote sua an præferatur creditori cuius pecunia res empta vel refecta fuit & quando, vide glosam primam legis.28.titu.13.part.5.& glo.4.l.30.ibidem.
Mulier & fiscus pari passu ambulant in præferendo se cæteris creditoribus etiam si obreptionem crediderunt, vide ibidem in gloss.3.&.4.& glo.1.l.33.per text.ibi.tit.13.part.5.
Mulier an præferatur anterioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam, & quid in bonis postea acquisitis, vide glosam tertiam & quartam.d.l.33.tit.13.part.5.
MVLIER LAEDITVR.
Mulier si enormissimè lædatur in transactione an posit intentare remedium.l.2.C.de rescindenda venditione, vide glosam tertiam legis.34.titulo.14.part.5.
MVLIER TESTATVR, VEL LEGAT, VEL DISPONIT.
Mulier de arris libere potest disponere, est enim lucrum ipsius, vide glo.6.l.7.titulo.11.parti.4.
Et an si mulier non fecit talem turpitudinem an fiscus posit ab ea tale lucrum vendicare, vide ibidem.
Mulier de bonis suis paraphernalibus sine licentia viri disponere non potest vide glo.4.col.5 ad medium.l.6.tit.11.part.6.
MVLIER ALIENAT.
Et mulier de arris libere potest disponere, est enim lucrum ipsius, vide glo.6.l.7.tit.11.part.4.
Mulier de lucro turpiter acquisito an posit disponere, vide glos.2.legis 53.titulo.14.part.5.
Mulier an constante matrimonio posit alienare rem dotalem conferendo alienationem in tempus soluti matrimonij, vide glo.12.in fine legis 4.titulo.3.part.6.
Mulier de bonis suis etiam paraphernalibus sine licentia disponere non potest, vide glosam quartam.columna quinta ad medium legis.6.titulo vndecimo.part.6.
MVLIER INSTITVTA HAERES.
Mulier si instituatur hæres ab aliquo sub conditione si cũ aliquo nupserit, an si ille nolit an sibi debeatur hæreditas, & an condictio habeatur pro impleta, vide glo.3.l.14.per text.ibi.tit.4.part.6.
Et an ipse nolens pœnitere posit, vide ibi glo.6.
Et quid si mulier ista ab aliquo tertio impediatur vel quid in legato ad pias causas vel alimentorum vel libertatis, vide ibidem in glo.4.
Mulieres institutæ hæredes an ab hæreditate repellantur tanquam indignæ si necem defuncti non vendicauerunt, vide glosam octauam legis.13.titulo.7.part.6.
MVLIER ADIT HAEREDITATEM.
Et an mulier posit adire hæreditatem sine consensu coniunctorum, vide glo.8.l.15.titulo.6.part.6.
MVLIER PVNITVR.
Mulieres habitantes cum clericis si suspectæ sint qualiter hodie puniantur, vide glo.3.in fine.l.37.titulo.6.part.1.
Mulier nubens infra annum luctus an debeat puniri, vide glosam.11.in fine.l.4.tit.3.part.6.
Mulier qualiter puniatur si tutorem filio suo minori non petierit & qualiter excusetur, vide glosam quartam & quintam legis.12.titulo decimosexto.part.6.
Mulier prægnans si sui culpa abortum fecerit qualiter puniatur & quando, vide glosas.l.8.per text.ibi.tit.8.part.7.
Mulier quæ cum proprio seruo se iniungit qualiter puniatur siue nupta sit siue non, vide glosam sextam, septimam & octauam legis.15.per textum ibi.tit.17.part.7.
Et quid si cum alio famulo suo se immisceat an eadem pœna puniatur, vide dictam glossam.7.
Mulier quæ viuente viro matrimonium cum alio contraxit qualiter puniatur, & an de isto crimine cognoscant inquisitores hæreticæ prauitatis, vide glosam primam legis decimæsextæ.per textum ibi titulo decimoseptimo.part.7.
Mulier incestuosa qualiter & quando puniatur & eadem pœna qua vir, vide glo.2.l.3.per text.ibi.tit.18.part.7.
Mulier an puniatur pœna stupri sicuti vir, vide glossam quintam in principio.l.11.tit.13.parti.6.
Mulieres si agant contra naturam & luxurientur qualiter puniantur, vide glo.1.in proœmio tit.21.part.7.
Mulier prægnans non debet vltimo supplicio puniri quousque pariat, vide glo.4.l.11.tit.31.part.7.
MVLIER TVTRIX vel executrix testamenti.
Mulier eo ipso quod peccat in corpore amittit priuilegia mariti & tutelam filiorum, vide glosam sextam legis tertiæ.titulo duodecimo.partita quarta.
Mulier an posit esse executrix alicuius testamenti, & quid in vxore alicuius, vide glo.4.in fine.l.2.tit.10.part.6.
Mulier quando posit esse tutrix alicuius minoris vel non, & quid tunc facere teneatur, vide glosam sextam cum sequentibus.l.4.titulo.16.part.6.& glosas.l.5.ibidem.
Mulier quæ sponsalia contraxit an amittat propter hoc filiorum suorum tutelam, vide glossam primam legis quintæ.titulo.16.part.6.& de hoc vide infra in verbo TVTRIX.
MVLIONES si prosequantur iter tempore magnæ pluuiæ & salmæ perdantur siue sint librorum vel alterius rei, an periculum sit mulionis & quando, vide glossam secundam legis octauæ.per textum ibi titulo nono.part.5.
MVLTI qui dicantur, vide glossam sextam per textum ibi legis.50.titulo quinto.part.1.
MVLTITVDO principum est subditis damnosa, vide glosam nonam.l.1.tit.1.part.2.
Multitudo generat discordiam, vide gloss.per textum ibi.l.17.titulo vigesimosecundo.part.3.
MVNDARE quis debeat fundum in quo aqua naturaliter fluens sordices congregauit, vide glo.1.l.15.tit.32.part.3.
Et quid si locus vbi aqua sordices congregauit sit pluribus communis, vide ibidem in glo.2.
MVNDVS quod incepit esse, & qualiter constare posit hoc an per reuelationem an demonstratiue, vide glos.3.in proœmio partitarum.
MVRI si ab aliquo violentur qualiter talis puniri debeat, vide glosam 2.l.15.titulo.28.part.3.
Muri de iure communi ex quibus reparentur & qui dicãtur muri, & qualiter debeant reparari & alia in hoc, vide glosam secundam legis.20.titulo.32.partita.3.
Muri an possint construi in prædio priuato eo inuito, & an debeat eis solui pretium statim vel post, vide.d.glo.2.
Muri refici possunt à ciuibus illius loci vbi sunt etiam inconsulto Rege, vide ibi glo.5.
MVSICA debet sciri ab Episcopis, vide glossas legis.37.titulo quinto.partita prima.
Musica lætificat cor hominis, vide glosam secundam legis.15.titulo decimo.partita.1.
MVTATIO nominis quale delictum sit, & qualem mereatur pœnã tam iure partitarum quam ordinamenti, vide glosam secundam legis 8.titulo.28.part.2.
Mutatio valoris rei non præsumitur in breui tempore, vide glosam.6.in principio.l.56.tit.5.part.5.
Mutatio status an impediat nouationẽ obligationis cõditionalis, & qualis, vide glo.9.l.15.tit.14.parti.5.
Mutatio status testantis quando faciat testamentum antea factum irritari, & quando non, vide glosam secundam & quartam legis.18.per tex.ibi.titulo.1.part.6.
Mutatio nominis fraudulenter facta qualiter puniatur, & quid si ex iusta causa fiat, vide glosam quintam legis secundæ per textum ibi.titulo septimo.par.7.
MVTANS nomen suum fraudulenter qualiter puniatur, & quando pœna mortis, vide glo.5.l.2.per text.ibi.tit.7.part.7.
MVTVANS licitum est pro re mutuata pignora recipere, vide glo.8.l.70.tit.18.part.3.
Mutuans nomine alieno an ipse vel in cuius nomine mutuauit mutuasse videatur, vide glo.2.l.2.per text.ibi.tit.1.part.5.
Mutuans potest pacisci vt res reddatur diuersæ bonitatis & adhuc illud erit mutuum & quare, vide glo.4.l.2.tit.1.part.5.
Rasura seu cancellatio qualis viciet testamentum, vid.gl.5.cum sequentibus,l.2.per illum tex.tit.14.par.6.
RATIHABITIO in legitimatione filij qui a principio in sua legitimatione non consensit quid operetur, vid.gl.9.l.4. tit.15. par.4.
Ratihabitio absentis an aliquid operetur quando negotiorum gestor emit nomine absentis non suo, vid.gl.1.l.48.tit.5. par.5.
Ratihabitio an habeat locum in facto falsi nuntij, vide dictam glossam.1. d.l.48.
Ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur, vid.gl.2.ibid.
Ratificari an possit dominus quod alius fecit nomine ipsius & an possit agere ad prætium rei venditæ nomine suo vel quod alius a debitore suo exegit gl.4.&.6.l.54.tit.5. par.5.
Ratihabitio constituit tuum negotium quod ab initio tuum non erat gl. 1.l.32.tit.12. par.5.
Ratihabitio domini an sufficiat quando seruus qui ab aliquo fuit institutus hæres sine licentia domini hæreditatem adiuit, vide gl.4.l.13.tit.6. partita.6.
Ratihabitio prelati vel capituli de per se an damnificet ecclesiam gl.4.l. 17.tit.18.par.7.
RATIO propter quam festinandum est ad pœnitentiam, vid.gl.3.l.22. tit.4.par.1.
Ratio testis in dicto suo qualis esse debeat & ratio quę continet idẽ quod dictum nihil valet, vid.gl.8.l.26.tit.16.par.3.
Ratio est tota virtus probationis, vid.gl.9.d.l.26.
Ratio est optimus legis clipeus, vid.gl.3.l.8.tit.1.par.1.
Ratio & an executores testamentarij teneantur reddere rationem de gestis & quando & quibus, vid.gl.5.l.5.per tex.ibi. tit.10.par.6.
Et an episcopus qui fuit executor coram iudice ordinario conueniri debeat vt rationes reddat, vid.ibid.in gl.6.
RATIONES vbi sufficienter & legitime redditæ non sunt quitatio a debito nihil operatur gl.2.l.14.tit.18.par.3.
Rationes redditum ciuitatum & locorum quibus dandæ sint, vid.gl.7. l.9.tit.19.par.3.
Rationes si ab aliquo redditæ sint & ipse a domino habeat liberationem an talis liberatio se extendat ad species furto sublatis vel ad ignorata vel occulta & quando & quibus & qualiter, vid. gl.2.3.4. &.5.l.30.per tex.ibi.tit.11.par.5.
Rationes qualiter a fratre reddi debeant fratri cum veniunt ad diuisionẽ si eius frater administrauit res & bona fratris sui, vid. per gl.3.l.26. titu. 12.par.5.
RATIO NATVRALIS æqui valet legi & lege deficiente allegari potest ratio naturalis, vide glo.3.l.8.tit.1.par.1.& glo.2. in fin.l.6.titul.4.

partita tertia.
REALIS CAPTVRA vide in verb.CAPTVRA REALIS.
REACCVSARE quando possit accusatus de crimine maiori & qualis causa prius finietur, vid.gl.1.l.4.tit.10. par.3.
Et quid si primo accusans suam vel suorum iniuriam prosequatur, vid.gl. 4.l.4.tit.10.par.3.
Reaccusare an possit ille qui de crimine accusatus fuit pendente adhuc accusatione, vid.gl.3.cum sequentibus.l.4.per tex.ibi.tit.1.par.7.
Et an vbi quis accusare non potest possit officium iudicis implorare vt crimen puniatur, vid.d.gl.3.ad fin.
Reaccusare an possit quis prosequendo suam vel suorum iniuriam, vi.gl. 6.d.l.4.per tex.ibi. & an propter hoc supersedeatur in accusatione ptima, vid.ibid.
Re accusare an possit accusatus suum accusatorem vel extraneum si iam fuit per sententiam damnatus, vid.gl.8.d.l.4.tit.1.par.7.
Et an cœptam accusationem perficere possit per se vel per procuratorem & an interim supersedebitur in executione pœnæ, vid.gl.9.ibid.
REBATIZATVS scienter ordinari non debet, vid.gl.2.l.20.tit.6. par. 1.&.l.9.tit.4.par.1.
Rebatizati non possunt institui hæredes ab aliquo & quid in reordinatis, vid.gl.6.l.4.tit.3.par.6.
RECEDERE a forma per disponentem data bene licet dum modo nõ recedatur ab eius mente. vid.gl.3.col.7.quæst.13.l.32.tit.9.par.6.
Recedens sine iudicis licentia post quam legitime citatus fuit pro contumace habetur & quare, vid.gl.3.l.18.tit.1.par.7.
RECEPTIO testium in ciuilibus siue in criminalibus quibus sit permissa, vid.gl.1.3.&.4.l.27.tit.16.par.3.
Receptio monachorum an fieri debeat a prælato simul cum capitulo, vi. gl.7.l.88.tit.17.par.3.
RECEPTATORES testium qualiter iudici dicta testium mittere debeant, vid.gl.8.l.19.tit.17.par.3.
Receptatores hæreticorum testamentum facere non possunt & quid si antea fecerint, vid.gl.3.l.16.tit.1.par.6.
Receptatores latronum qui dicantur & de eorum pœna & quando & ex quibus veniant puniendi vel non, vid.gl.14.&.15.l.18. tit.14. par.7.
Receptatores fugitiuorum seruorum qualiter puniantur & quid in minore, vid.gl.l.24.&.25.tit.14.par.7.per tex.ibi.
Et quando nullo modo puniantur, vide glossas.l.26. ibidem per illum textum.
Receptatores hæreticorum qualiter puniantur, vid.gl.1.l.5.per tex.ibi.titul.16.par.7.& gl.1.&.2.l.6.ibi.
Et quid in filijs receptantibus patrem, vid.gl.1. d.l.6.
RECEPTORIA quæ datur in regalibus auditorijs ad capiendos male factores. vid.gl.1.l.24.tit.18.par.3.
RECIPIENS literas alicuius si statim non contradicat consentire videtur, vid.gl.2.per tex.ibi.l.6.tit.1.par.5.
Recipiens vt aliquid faciat si non fecerit an sic receptum restituere teneatur & quando & qualiter, vid.per glo.1.41.&.44.&.46.cum alijs legibus ibi.tit.14.par.5.
Recipere moniales vel monachos sub spe pretij est simoniacum.vid.gl.3. l.13.tit.17.par.1.& vbi se refert.
RECLAMATIO qualiter fieri debeat ne sententia arbitri emologetur vid.gl.6.l.15.tit.4.par.3.
RECONCILIATIO ecclesiæ si poluta sit prius fieri debet quam in ea diuina dicantur, vid.gl.3.l.20.tit.10.par.1.
Reconciliari debet ecclesia si in ea sanguis iniuriose effundatur vel homo cognoscat mulierem, vid.gl.1.&.2.ibid.
Et quid si maritus in ecclesia vxorem cognoscat carnaliter an tunc dicetur ecclesia poluta, vid.d.gl.2.
Reconciliatio an fieri debeat si factum in casibus supra dictis sit occultũ vid.ibid.in gl.4.
Reconcilianda est ecclesia vbi excommunicatus fuit sepultus, vid.glo.7. d.l.20.tit.10.par.1.
Reconciliatio patris cum filio quem ex iusta causa exhæredauit an faciat exhæredationem nullam, vid.gl.2.l.4.tit.7.par.6.
RECONDVCERE an videatur ille qui in re conducta remansit per tres dies post finitum tempus conductionis & quando & quid si antea conduxerat ad decennium in scriptis vel sine & alia in hoc, vi.gl.3.&. 4.l.20.per tex.ibi.tit.8.par.5.
Et an idem sit dicendum in prædio vrbano quod in rustico, vide ibidem in glo.6.
RECONVENTIO tangens causam spiritualem coram iudice laico nõ debet terminari, vid.gl.4.l.57.tit.9.par.1.
Reconueniri potest clericus coram iudice ibique respondere tenetur, vide ibidem.
Reconuentio an habeat locum in causa appellationis, vide gl.4.l.4.tit.3. partita.3.
Reconuentio non habet locum contra agentem pro iniuria vel furto etiã si ad illam agetur ciuiliter, vid.gl.5.ibid.
RECTOR SCHOLARIVM an post eius electionem indigeat confirmatione superioris & an possit esse laicus, vid.gl.9.l.6.tit.31.par.2.
Rector rei publicæ an peccet mortaliter permittendo tauros, vid. gl.2.l. 57.tit.5.par.1.
Rectores vniuersitatis an possint pro debito vniuersitatis capi, vid.gl. 4. l.13.tit.2.par.3.& gl.1.l.4.tit.15.par.5.
Rectores an cum assensu decurionum possint aliquas festiuitates de nouo inducere, vid.gl.1.l.36.tit.2.par.1.
Rectores ciuitatum repræsentant populum & ab eis factum dicitur factũ a maiori parti populi gl.4.l.24.tit.4.par.3.
Rectores ciuitatum an possint de redditibus ciuitatum elemosynam facere, vid.gl.3.l.10.tit.18.par.3.
Rectores prouinciarum durante officio cum aliqua matrimonium cõtrahere non possunt veterem tamen sponsam ducere bene eis licet, vi.gl. 12.l.2.tit.14.par.4.
Et an si de nouo matrimonium contraxerint præsumatur illud per metum fecisse mulier & an tunc matrimonium teneat & an hec præsumptio alias probationes adiubet, vid.d.gl.12.d.l.2.
Rectores perpetui an & quando ab aliquibus locis eligi possint.vid.gl.8. l.3.tit.25.par.4.
Rectores vniuersitatis si delinquant an tunc vniuersitas delinquisse videatur, vid.gl.6.l.17.tit.10. par.7.
Rectores ecclesiarum possunt ministros ibi ponere ad suum bene placitũ exclusso patrono, vid.gl.1.in fi.l.6.tit.6. par.1.
Rector ecclesiæ in qua non est capitulum tantam habet potestatem in alienatione rei ecclesiasticæ quantam haberet prælatus cum capitulo, vide gl.5.l.63.tit.18.par.3.
Sed an per hoc excludatur quod in venditione talis rei authoritas episcopi non sit necessaria, vid.ibid.
Rectores nauium, vide de his supra in verbo, MAGISTRI NAVIVM &c.
RECVSATIO de iure ordinamenti an eadem in iudicibus ordinarijs sit sicuti de iure partitarum erat in delegatis, vi.gl.2.l.22.tit.4. par.3.
Recusatio debet fieri ante litis contestationem vel post quando de nouo illam sciuit pars, vid.gl.3.ibid.& gl.7.l.8.tit.10.par.3.
Recusatio an habeat locum in iudicibus ordinarijs & ex quibus causis & quid tunc sit agendum, vid.gl.9.l.22.tit.4. par.3.
Recusatio an habeat locum si causa suspitionis procedat ex culpa patris, vid.d.gl.9.col.2.in med.
Et an reconuentus possit in causa reconuentionis recusare iudicem, vide ibidem.
Recusatio notarij qualiter fieri debeat, vid.ibid.post med.
Recusatio omnium sapientium de ciuitate an fraudulenta videatur, vide ibid.ad finem.
Recusatio an habeat locum post conclusionem in causa, vide dictam gl. 9.in fin.
Recusatio assessoris qualiter fiat, vide glossam sextam.l.2. titulo.21.partita tertia.
Recusatio iudicis quę oritur ex eo scilicet quia est naturalis loci alterius litigatoris an iusta sit nec ne, vid.gl.4.l.4.tit.27. par.4.
Recusatio an habeat locum prosequendo quis suam vel suorum iniuriã & an propter hoc supersedeatur in prima accusatione, vide glos.6.l.4. titulo.1.partita.7.
Recusatio an habeat locum quando accusatus iam fuit personam damnatur, vid.gl.8.d.l.4.per tex.ibi.
Et an cœptam accusationem perficere possit & an interim supersedeatur in executione pœnæ, vid.ibid.in gl.9.
RECVSANS an debeat iurare si non malicioſe &c. si sibi non petatur vid.gl.4.l.22.tit.4.par.3.
Recusans omnes sapientes de ciuitate an eius recusatio fraudulenta videatur, vid.gl.9.col.2.ad fi.d.l.22.
REDEMPTVS ab hostibus an per hoc sortiatur naturalitatem & originem sui redemptoris.vid.gl.7.per tex.ibi.l.2.tit.24. par.4.
REDENS depositum ad iudicis mandatum an & quando liberetur, vi. gl.1.l.3.tit.3.par.5.
Reddere pretium intra quantum tempus teneatur venditur ad hoc vt rẽ venditam possit recuperare quando inter ipsum & emptorem fuit factum pactum vt reddito pretio emptor rem restituere teneatur, vi. gl. 1.l.42.tit.5.par.5.
Et an tale ius possit alijs credi & an transeat ad hæredes licet de hoc nihil fuerit dictum, vid.ibid.in gl.2.&.3.
Et an emptor in casu supradicto liberetur præstando interesse & quando sic, vide ibid.in gl.4.
Et an si in contractu fuit dictum quod teneatur reddere non tamẽ quod teneatur reuendere an adhuc emptor reddere cogatur, vid.d.gl.4.
Redditio pignoris an inducat debiti liberationem si a creditore fiat, vi.gl. 2.l.40.tit.13.par.5.per tex.ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REDIBITIO non datur propter vicia animi & an propter dolum venditoris qui cum sciret vitium rei illud tacuit & an detur pro paruis vel pro libro corrupto vel pro iuribus, vi. gl. 3. l. 64. & gl. 1. & 2. l. 65. ti. 5. p. 5.
Redibitio pro quibus vicijs detur, vid. glos. 3. cum alijs ibi. d. l. 65. & an debeat iterari cum fructibus, vid. gl. 6. ibid.
Et an facta redibitione fiscus teneatur reddere gabellam, vide ibidem in glossa. 6.
REDIBITORIA actio, vid. in verb. ACTIO redibitoria.
REDIMENS vexationem quid debeat probare & quod dedit ob redimendam vexationem potsit repetere. vid. gl. 11. l. 3. tit. 17. par. 1.
Redimere volens vexationem si propter hoc aliquid dedit iudici an cum mala conscientia illud facere videatur, vid. gl. 1. l. 26. tit. 22. par. 3.
REDITVS REGALES quales sint & quid de redditibus portuum, vi. gl. 1. cum sequentibus. l. 1. tit. 28. par. 3.
Reditus regales ideo regibus conceduntur vt commode viuere possint & vt ad iniquitatem matuus non extendatur, vid. gl. 7. l. 11. tit. 28. par. 3.
Reditus regales præscribi vllo tempore non possunt & an immemoriali, vid. gl. 4. l. 6. tit. 29. par. 3.
Et æquipatantur rebus sacris, vide ibidem.
Et quid si præscribens iuuetur consuetudine, vide dictam glossam. 4. dictæ. l. textæ.
Reditus regales qualiter quis emere videatur, vide glossam. 4. in med. l. 34. tit. 5. par. 5.
Reditus laicarum an possint acquiri præscriptione immemoriali, vi. gl. 5. l. 6. tit. 20. par. 3.
Et an ex redditibus ciuitatis castellum refici & reparari possit, vid. gl. 7. l. 20. tit. 2. par. 3.
Reditus beneficiorum vacantium infra decennium si certo operi deputentur si beneficium vacet in fine decennij an fructus talis beneficij illi operi debeantur licet decennium sit elapsum, vid. gl. 3. l. 26. tit. 11. p. 4.
Reditus qui ex lupanari percipitur an iustus vel iniustus sit, vid. glos. 1. in proœmio tit. 11. par. 4.
Redditus ciuitatum supra, vide in verb. proprij ciuitatum.
Redditus villarum & alia iura an veniant in maioria quando aliquis de licentia regis illam facit in filium maiorem dando illis iurisdictionem tantum & an tunc reditus etiam veniant, vide glossam. 4. l. 9. titulo. 4. partita. 5.
Redditus semper crescunt processu temporis & ideo locatio ad longum tempus est damnosa, vid. gl. 4. col. 2. l. 2. tit. 8. par. 5.
Redditus ecclesiarum voluptuose consummens an teneantur ad restitutionem, vid. supra in verb. Clerici, & verbo, Fructus.
Redditus ecclesiæ monachis subiecti an ipsi in propriam possint conuertere vtilitatem, vid. gl. 6. l. 5. tit. 12. par. 1.
Redditus ecclesiarum deputati ad fabricam non possunt expendi pro ecclesiæ ornamentis, vid. gl. 4. l. 24. tit. 32. par. 3.
REDDITVS DE TERRA qui dicantur & quantum tempus durent & an transeant ad filios, vide glossl. 1. l. 2. per text. ibi. titulo. 26. partita quarta.
REAEDIFICARE & an si reædificaretur res cui fuerat priuilegium concessum duret & tunc tale priuilegium ibi. vid. gl. 3. col. 9. quæst. 19. l. 32. tit. 9. par. 6.
Reædificare castra vetera non est licitum sine principis authoritate, vide in. d. quæst. 19.
REEMPTIO dicitur secunda venditio, vide glossl. 6. in medio. l. 19. tit. 8. par. 5.
REFECTIO instrumenti perditi petens aliquis quod fiat ei quando & qualiter fieri debeat, vid. gl. l. 10. tit. 19. par. 3.
Et an amissio instrumenti cuius refectionem petit probetur per solum iuramentum & quando non. vid. gl. 7. ibidem.
REFICERE parietem an teneantur ille qui seruitutem tigni immittendi debet & an idem sit dicendum in debente seruitutem oneris ferendi. vid. gl. 2. l. 2. tit. 31. par. 3.
Reficere suos siue canales an teneatur ille cui seruitus aquæductus debetur, vid. gl. 2. l. 4. ibid.
Reficere domum qualiter vsufructuarius teneatur, vid. gl. 1. 2. & 5. l. 4. ti. 31. par. 3. per text. ibi.
Reficere pontem vel illum de nouo facere qui vicini ad hoc teneantur. vi glo. 3. l. 20. tit. 32. par. 3.
Et quid si ad aliquam refectionem per statutum ciuitatis tenetur ad vnã partem & districtus in duas an si ex hoc pars grauetur possit reclamare vid. gl. 8. d. l. 20. tit. 32. par. 3.
Reficere castra vetera an possit quis sine principis authoritate, vid. gl. 3. colum. 9. quæst. 19. l. 32. tit. 9. par. 6.
Reficere & an & quando ad refectionem teneatur renuntians vsui aquæ fontis, vid. gl. 8. l. 26. tit. 32. par. 3.
Reficere parietem vel totam ecclesiam an teneantur laici & quando, vid. gl. 4. l. 24. tit. 32. par. 3.
Reficere an teneatur & qualiter ille qui non habet vnde reficiat, vid. gl. 1. l. 25. tit. 32. par. 5.
Reficere non tenetur dominus domum in totum destructam neque de nouo reficere compelitur nisi in aliquibus casibus, vi. gl. 2. d. l. 25.
Reficere an possit socius rem communem sine eo quod illud alijs socijs nuntiet vt ab eis expensas possit recuperare, vi. gl. 2. l. 26. tit. 32. par. 3.
Et quid si hoc non fecit sed sumus in dubio an suo vel communi nomine fecerit, vide ibidem.
Et quid si faceret animo vsurpandi totam illam rem sibi, vide ibidem in glossa. 5.
REGALIA in donatione generali non veniunt nisi expræsse dicatur, vide gl. 16. l. 5. tit. 15. par. 2. & gl. 5. l. 8. tit. 26. par. 2.
Regalia princeps nemini concedere potest quia est in successorum præiudicio, vid. gl. 3. l. 4. tit. 26. par. 2. & gl. 1. l. 8. tit. 11. par. 3.
Regalia & ea quæ sunt supremæ iurisdictionis non veniunt in generali cõcessione gl. 2. col. 2. in princ. l. 6. tit. 25. par. 4.
Regalia quæ sint, vid. gl. 12. per tex. ibi. l. 2. tit. 1. & gl. l. 15. tit. 15. & glossl. l. 9. per tex. ibi. tit. 4. par. 5.
Regalia an a rege alicui concedi possint ad tempus vel in perpetuum, vi. glo. 9. l. 9. per tex. ibi, tit. 4. par. 5.
Regalia si ab aliquo possideantur an possidens titulum ostendere debeat & quando & an si non ostendat compellatur restituere, vide glossl. 9. l. 9. titul. 4. partita. 5.
REGES hispaniæ principaliter & alij omnes reges defendere debent ecclesiam & quid si sine causa auxilium illi denegent, vide gl. 2. in proœmio tit. 14. par. 1.
Reges ortum habuere pro administranda iustitia glossam. 4. l. 2. titulo. 1. partita. 3.
Reges dicuntur tot habere domicilia quot terras habent ad eorum mansionem paratas & ita in pascuis communibus habentur vt ciues, vide gl. 9. l. 9. tit. 28. par. 3.
Reges ipsi soli milites creare possunt alij vero non nisi de ipsorum mandato, vid. gl. 3. l. 11. tit. 21. par. 2. & gl. 2. l. 1. tit. 25. par. 4.
Reges osculantur in manu Papa in pede, qui in hoc osculo temperandi sunt, vid. gl. 3. & 4. l. 5. tit. 25. par. 4. & gl. penul. l. 4. tit. 5. par. 1.
Reges an possint homines suos stipendiarios alterius facere ita quod trãseant in eius dominio, vid. gl. 3. d. 9. tit. 4. par. 5.
Reges quando de facto rem tollunt emptori an ipse emptor de euictione venditorem conuenire possit, vide gl. 2. & 5. l. 37. per tex. ibi. tit. 5. p. 5.
Regis sine maxima causa noua vectigalia instituere non debent & aliter faciendo pacent, vid. gl. 6. l. 9. tit. 7. par. 5.
Reges si de nouo collectam imponant subditis vtrum ex hoc inducatur obligatio naturalis. vid. gl. 4. l. 5. tit. 12. par. 3.
Et vide alia in verb. REX &c. princeps.
REGINA milites creare potest, vide glo. 2. l. 1. titu. 25. par. 4. & gl. 1. l. 15. tit. 11. par. 2.
Regina est domina regni & licet vno nubat ipse regnum non administrabit nisi quantum ipsa promiserit gl. 9. in fin. l. 1. tit. 1. par. 2. latius vide per gl. 4. l. 9. ibid.
Regina succedens in regno iurisdictionem administrat & omnia iura regni, vid. d. gl. 4.
Regina attentans fornicare an puniatur eo modo ac si vere fornicasset, vi. gl. 1. l. 1. tit. 14. par. 2.
Regina habet ea priuilegia quod & rex, vid. gl. 8. per tex. ibi. in. l. 1. tit. 14. partita. 2.
Regina si sit furiosa an regni sui administratio ad regem pertineat an vero sint dandi curatores vt per eos regnum regatur gl. 5. l. 3. tit. 15. par. 2.
Reginæ an possint in integrum restitui si lędantur, vide glo. 2. in fine. l. 10. tit. 19. par. 6.
REGIMEN melius exerceturper vnum quam per plures, vid. gl. 5. l. 7. ti. 1. par. 2. per illum tex. ibi.
REGISTRATOR an teneatur edere registrum ad mandatum iudicis & quid plus, vid. gl. 7. cum alijs ibi. l. 8. tit. 19. par. 3.
REGISTRVM an sit de substantia, vid. gl. 1. l. 3. tit. 18. par. 3. & de ipsius vtilitatibus, vide gl. 3. & 2. l. 8. tit. 19. pa. 3.
Et de authoritate registri, vid. gl. 2. 3. & 4. d. l. 8.
Et an literæ gratiosę debeant registrari, vide dictam glossam secundam dictæ. l. 8.
REGNICOLAE possunt regem eligere deficiente successore sanguinis hoc de iure gentium, vid. gl. 3. l. 9. tit. 1. par. 2.
Regnicolæ, vid. in verb. Naturales regni.
Regnum vtrum possit in dotem dari quod non, vide glo. 9. in fin. l. 1. titu. 1. partita. 2.
Regnum vtrum possit diuidi per regem inter suos filios, vid. glo. 10. col. 5. in fin. l. 2. tit. 15. par. 2.
Regnum cui debeatur ex consanguineis si reges sine filijs mortui sint in æquali gradu, vid. gl. 18. col. 4. in princ. d. l. 2.
Regnum an debeatur dati inhabili & dementi & quid si ex accidenti effectus sit demens, vid. gl. 19. in princ. l. 2. tit. 15. par. 2.

Regnum

Regnum per quos debeat gubernari si rex minor sit, vide glos. 1. per tex. ibi. l. 3. ibidem.
Regnum per quem gubernari debeat si regina sit furiosa & habeat maritum, vide gl. 5. l. 3 tit. 15. par. 2.
Regnum non est feudũ neque regitur more feudi sed ab ipso feuda proueniunt, vid. gl. 1. col. 2. in princ. l. 4. tit. 15. par. 2.
Regnum bene habet fundatam intẽtionem suam quoad dominium ciuitatum villarum & castrorum, vid. gl. 1. l. 1. tit. 18. par. 2.
Regnum debet habere decem vel vndecim ciuitates saltim & vnum metropolitanum, vid. gl. 1. l. 3. tit. 19. par. 2.
Regnum si deseratur ab aliquo naturali qui transtulit se in aliud regnum ibidem constituendo domicilium an in regno illo deserto ipse beneficia habere possit vel gaudeat priuilegijs regni deserti, vide glo. 2. l. 5. titulo. 24. par. 4.
Regnum si alicui detur in feudum simul cum dignitate & iurisdictione an illud sit transmissibile ad hæredes. vid. gl. 13. l. 6. tit. 26. par. 4.
REGVLA monachorum ponens certam formam circa professionis actum an debeat dici illam fore substantialem, vid. glo. 5. l. 88. titulo. 18. partita. 3.
Regula qui prior est tempore &c. an procedat in pignore prætorio, vi. gl. 1. in princ. l. 9. tit. 15. par. 5.
Regula quid sit & ab ea non est discedendum nisi cum repetitur falletia, vid. gl. 1. & 2. per tex. ibi. in summa tit. 34. par. 7.
RE INFEVDATIO quando ab ecclesia fit an debeat fieri interuenientibus eisdem solennitatibus quæ interuenire debent in alienatione rerum ecclesiæ & quid si reinfeudatio fiat in descentes, vi. gl. 4. in princ. l. 3. tit. 26. par. 4.
Et quid si ecclesia rem incultam dedit in feudum & postea culta ad eam redierit vel quid si ecclesia fuerit effecta pauper an cum illa re remanere possit licet descendentes reinfeudationẽ petierint. vid. ibid.
REITERARI non debet baptismum si de eo constat, vide glo. 1. l. 9. tit. 4. par. 1.
Reitere & plura de reiteratione actus. vide per glo. 7. l. 3. titulo. 11. partita quinta.
Et ex confessione geminata extra iuciciali posit quis puniri ac si facta esset in iudicio siue facta sit in ciuilibus siue in criminalibus, vid. d. gl. 7. d. l. 3.
REIVENDICATIO an possit concurrere cum actione ad exhibendum & an res possit vendicari ante quam exhibeatur si est mobilis. gl. 3. & 6. l. 16. tit. 2. par. 3.
Rei vendicatio an detur præscribenti cum malefide rem per triginta annos & quando, vid. gl. 5. l. 21. tit. 29. par. 3.
Rei vendicatio an detur agnatis pro feudo recuperando non obstante quacunque temporis longitudine, vid. gl. 3. col. 1. in quæst. 2. l. 10. titul. 26. in par. 4.
Rei vendicatio an detur commodatario qui domino rei commodatæ pretium pro re commodata & perdita soluit, vide gl. l. 8. titulo secundo. partita. 5.
Rei vendicatio an detur donanti aliquid alicui sub modo quando modus non seruatur, vid. gl. 3. l. 6. tit. 4. par. 5.
Rei vendicatio an detur venditori contra secundum emptorem quando interuenit pactum vt venditore offerente pretium res sibi reddatur, vid. gl. 7. & gl. 10. l. 42. tit. 5. par. 5.
Et quid si emptor rem habuita pluribus venditoribus an vno offerente pretium totum vel partis suæ cogatur emptor rem sibi restituere, vide d. glossl. 7.
Rei vendicatio an detur domino pecuniæ ex qua res empta fuit cuiuscunque sit pecunia, vide glos. 8. & alias glossas ibidem in. l. 49. titulo quinto. partita. 5.
Rei vendicatio potentior est quam actio publiciana. vide glo. 8. l. 50. tit. 5. partita. 5.
Rei vendicatio an detur filio contra possessores suorum bonorum aduenticiorum quæ a patre vendita fuerunt nulla prius facta discussione in bonis patris sui, vid. per gl. 9. l. 24. tit. 13. par. 5.
RELATIO quando ad principem mitti debeat & quando non, vi. gl. 4. l. 27. tit. 18. par. 3.
Et qualiter ei debeat mitti ista relatio & aliqua in hoc, vide gl. 4. 5. & 6. l. 11. tit. 22. par. 3.
Relatio quando fieri debet, debent tempore quo fit partes esse præsentes qui si taceant consentire videntur, vid. gl. 5. l. 11. tit. 22. par. 3.
Et quid si cum fit in actis partes differant in pũcto formando quid faciet iudex. vide ibid.
Et quid si facta principi relatione ante quam ipse respondeat iudex ferat sententiam an valeat, vid. ibid. in gl. 6.
Relatio clausulæ generalis in principio vel in medio vel in fine instrumẽti posita quando licite ad omnia fiat, vid. gl. 4. l. 9. tit. 7. par. 6.
RELAPSVS statim sine aliqua audientia debet curiæ seculari tradi, vi. gl. 8. l. 60. tit. 6. par. 1.
Relapsi statim tradi debẽt iudicibus secularibus sine aliqua audiẽtia etiã si continuo pœniteant & ad fidem redeant & quando dicantur continuo seu confestim redire, vide glossam. 3. columna. & 2. l. 12. titu. 26. partita septima.
RELAXATIO sub fideiussoribus an possit fieri carcerato quando pœna corporalis non venit imponenda, vid. gl. 5. l. 26. tit. 23. par. 3.
RELAXARI sub fideiussoribus quando possit de crimine accusatus, vide gl. 4. & 5. l. 16. tit. 1. par. 7. & ibi, vid. quid de capto de mandato regis vel ad literas alterius iudicis.
Relaxari non debet iniuste captus si ex aliquibus postea captura iustificetur, vid. gl. 1. in fi. l. 1. tit. 29. par. 7.
RELEGARE & de triplici relegatione, vid. remissiue per gl. 1. l. 3. titulo. 18. par. 4.
RELEGATIO debet esse perpetua quando relegatus frangit exilium & quando tantum debeat duplicari. vide glo. 4. l. 10. per tex. ibi. titul. 31. par. 7.
Et quod tempus debeat duplicari an omne vel tantum quod deficit, vide ibidem in gl. 5.
Et cui incumbat probatio quod relegatus fregit confinia vel relegationem, vide ibidem. in glossa. 7.
Et de ipsius pœna. vid. ibid. in gl. 8. per tex. ibi.
RELEGATVS post mortem an possit duci in ciuitatem ad sepulturã, vid. gl. 2. l. 5. tit. 18. par. 4.
Relegatus an dicatur habere domicilium quo ad munera & honores in loco in quo sunt bona, vid. ibid.
Relegatus non est ita incapax sicuti deportatus vel damnatus in metallũ vid. gl. 3. l. 35. tit. 9. par. 6.
Relegatus quis dicatur & an in relegatione perpetua veniat bonorum ademptio, vid. gl. 10. l. 4. tit. 31. par. 7.
Relegatus ad tempus vel in perpetuum si exilium frangat qua pœna veniat puniendus, vid. gl. 1. 10. per tex. ibi. tit. 31. par. 7.
Et an iudex inferior possit tollere vel indulgere exilium, vide ibidem in glossa. 3.
Relegatus si cum esset in relegatione confinia rupit vel aliter delinquit an carcerari possit & ibidem possit exilium complere, vide ibidem in glossa. 4.
Et quod tempus debeat frangenti exilium seu relegationem duplicari, vid. ibid. in gl. 5.
Et cui incumbat probatu quod relegatus fugit confinia. vide ibidem in glossa. 7.
RELICTVM hospitali ab episcopo non approbato sibi non acquiritur sed episcopus distribuit inter pauperes. gl. 1. l. 1. tit. 11. par. 1.
Relictum ecclesiæ pro sepultura tacite videtur ademptum si alibi eligat sepulturam, vid. gl. 5. l. 5. tit. 13. par. 1.
Relictum ab aliquo vt ibidem fiat hospitale filius locum illum pro sua legitima sibi eligere non potest si alibi sibi consuli possit, vid. gl. 4. l. 1. tit. 15. par. 1.
Relictum fratribus vt quotidie missa dicatur si cessauerint an ab eis legatum remoueatur & cui applicetur an hæredi, vide glo. 4. l. 6. titulo. 16. partita. 1.
Relictum alicui pro studio non debet dari excedenti. 25. annum quando persona non fuit specialiter nominata, vi. gl. 2. l. 4. tit. 7. par. 2.
Relictum filio spurio cum capere possit non valet, vid. gl. 10. col. 4. versi. quid autem. l. 2. tit. 15. par. 2.
Relictum mulieri pro dote an statim debeatur an vero speretur tempus nuptiarum, vid. gl. 2. l. 12. tit. 11. par. 4.
Relictum ciuibus an intelligatur relictum ciuitati & quando, vid. gl. 3. l. 9. tit. 7. par. 5.
Relictum alicui tanquam pauperi si in veritate dives sit & hoc relinquẽs ignorabat an illud sibi debeatur, vide glossam. 4. in fine. l. 21. titulo. 1. partita. 6.
Relictum testamento an debeantur quando in eo hæres institutus non fuit & an requiratur quod venientes ab intestato adeant hæreditatem vid. gl. 1. in proœmio tit. 3. par. 6.
Relictum sub conditione vel modo impossibili de natura, vel de iure an debeat & quando vid. gl. 2. cum alijs ibi. l. 3. tit. 4. par. 6.
Et an illud quod relinquitur sub tali conditione vel modo impossibili de iure debeat conuertin aliud quod sit iustum & honestum, vide glossl. 5. ibidem.
Relictum sub aliqua conditione casuali potestatiua vel mixta quando debeatur impleta vel non impleta conditione, vide glossl. l. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 14. tit. 4. par. 6.
Relictum sub casuali conditione an debeatur si cum hæres velit conditionem adimplere non potuit, vid. gl. l. 14. supra. d.
Relictum sub modo an debeatur si modus casu fortuito deficiat & quid in delicto sub conditione si casu pereat, vid. gl. 4. & 5. ibid.
Relictum omnibus hominibus alicuius ciuitatis an ipsis vel ciuitati relictum videatur & quid in similibus, vid. gl. 6. l. 14. tit. 5. par. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

Relictum iure legitimæ vel iure falcidiæ an videatur relictum iure institutionis, vide gl.2.in fi.l.5.tit.8.par.6.
Relictum alicui si alius eiusdem nominis reperiatur & illud etiam pręten dat quis præferri debeat, vid.gl.1.l.9.tit.9.par.6.
Relictum alicui in genere an & quãdo sibi debeatur & cuia sit rei electio vid.gl.1.23.per tex.ibi.tit.9.par.6.
Relictum ad pias causas quando aliquid dicetur vt priuilegio muniatur, vid.gl.2.l.4.tit.11.par.6.
Relictum filio spurio cum capere posit an teneat, vide glo.5.l.10.titul.13. partita.6
Relictum spurio vel alias incapaci palam penes quem remanere debeat, vid.gl.7.l.10.tit.13.&gl.l.17.per tex.ibi.tit.7.par.6.
RELIGIO & an religionem seruare debeat qui ad pręsentandum tantũ habitum suscepit, vid.gl.1.l.36. tit.6. par.1.
RELIGIOSA LOCA an gaudeant immunitate ecclesiarum in pręscriptionibus, vid.gl.4.l.26.tit.29.par.3.
RELIGIOSVS obedientiam præscribere nunquam potest, vide gl.2.l.30.tit.7.par.1.
Religiosus cui data fuit cura animarum illud quod ibi acquirit cui acquirat, vid.gl.4.l.26.tit.7.par.1.
Religiosus factus episcopus an a religione monachali sit liberatus & ab abbatis potestate, vid.gl.7.l.26.tit.7.par.1.
Religiosus curam animarum habens an sit solutus a regula monachali & in quibus & quid in esu carnium, vide glo.1.3.&.4.l.26. titulo septimo.par.1.
Religiosi quando possint promoueri ad regimẽ alicuius ecclesiæ & quid si tunc superior nolit, vid.gl.2.l.25.tit.7.par.1.
Religiosus curam animarum habere non potest & quando sic & an tunc abbas teneatur sibi dare socium monachum. vide glossam.1.l.24.titu.7.partita.1.
Religiosi proprium habere non possunt & quid si habeant aliquam administrationem & an de licentia prælati possint habere, vide glo.2.l.14.tit.6.partita.1.
Religiosus nec pœnitentiam ponit, nec baptizat nec prædicat nec aliud pertinens ad curam animarum exercet sine episcopi licentia, gl.2.l.21.tit.4.par.1.
Religiosi an & quando in eodem genere peccati plus peccent quam laici & quando minus. vid. gl.8.in med.l.25.ibid.
Religioso non est iniungenda pœnitentia ieiunii in scandalum fratrũ licet puniri possit in abstinentia ciborum. vid.d.gl.8.
Religiosorum excessus, vid.per.d.gl.8.in fine.
Religiosi dilaniando se & faciem suam insecando peccant mortaliter, vi. gl.1.l.42.tit.4.par.1.
Religiosi consequũtur indulgentias per eas tamen nõ minuit pœnitẽtia eis imposita in capitulo, vid.gl.1.l.46. ibid.
Religiosi non debent claustrum exire pro indulgentijs, vid. ibid.
Religiosi an compellãtur ire ad synodum, vid. gl. fin.l.16. titulo quinto, partita.1.
Religiosi post factam professionem etiam si ordinati non sint tenentur ad horas canonicas recitandas, vid.gl.1.ad fin.l.34.tit.6.par.1.
Religiosi an dicantur qui eo animo intrauerunt ne amplius inde exirẽt etiam si professionem non fecerint, vid.gl.3.l.7.tit.7. par.1.
Religiosi quando possint de vna religione ad aliam transire, vid.gl.2.3.& 4.l.9.tit.7.par.1.& ibi an de strictiori ad laxiorem.
Religiosus petita licentia licet non obtenta ad arctiorem religionem transire potest, vid. gl.4.d.l.9.& quid debeat facere antequam licentiam petat, vid.gl.5.ibid.
Religiosi possunt in vno casu de strictiori ad laxiorem transire religionẽ vid.per gl.3.l.10.tit.7.par.1.
Religiosi an gaudeãt priuilegio ecclesiarum si ibidem cõfugerint propter delictum, vid.gl.1.l.4.tit.11.par.1.
Religiosus locus & locus sacer idem sunt & an conuertantur, vid. gl.1.l.1.tit.12.par.1.
Religiosi an teneantur ad exequias mortuorum & episcopo mandante ire teneantur illuc, vid.gl.9.per tex.ibi.l.2.tit.12.par.1.
Et an possint compelli an faciendam processionem & quando, vid.ibid.
Religiosi quæ iura habeant in ecclesijs per ipsos de nouo constructis, vid. gl.2.cum alijs ibidem.l.5.tit.12.par.1.
Religiosi quibus quibus de nouo conceditur ecclesia & illis subijcitur non possunt ad libitum eius antiquum statum alterare nec possessiones mutare, vid.gl.5.d.l.5.tit.12.par.1.
Et an reditus talis ecclesiæ sibi subiectæ possint monachi conuertere in suam vtilitatem, vid.ibid.in gl.6.
Religiosus an posit sibi eligere sepulturam. vide glossam.5.l.5.titulo.13. partita.1.
Religiosus an posit præsentari per patronum de licentia sui prælati ad beneficium curatum, vid.gl.2.ad fin.l.5.tit.15.par.1.
Religiosi priuilegiati seu non ex quibus debeant pręstare decimas vel non & an ex hortis, vide glossas.l.4.titul.26.partita.1. & gloss.l. quintæ.ibidem.
Religiosi an & quando elemosinas facere debeant, vid.gl.2.3.&.6.l.11.tit.23.partita.1.
Religiosi an possint esse iudices arbitri si ante religionem susceptam fuerunt electi, vid.gl.4.l.28.tit.4.par.3.
Religiosi an in feudis possint succedere, vide glo.11.l.6.titulo.26. partita quarta.
Et quid si feudatarius exeat infra annum profęssionis, vid.ibid.
Religiosus an posit esse depositarius & qualiter contra eum agatur. vid. gl.4.l.3.tit.3.par.5.
Et an abbas teneatur si viderit respenes monachum depositas subtrahi vel perire si illud obuiare potest & non facit, vid.ibid.
Religiosi si non habent locum ad habitandum congruentem an possint compellere vicinos vt vendant sibi loca eis condecentia, vid.gl.1.l.3.titul.5.par.5.
Religiosus non debet fideiubere & quid si illud fecerit. vide glo.1.l.2. tit.12.par.5.
Religiosus an & quando & qualiter & de quibus testamentum facere possit, vid.gl.l.17.per tex.ibi.tit.1.par.6.
Religiosus si intra annum probationis decesserit an bona sua applicẽtur monasterio vel consanguineis succedentibus ab intestato, vide gloss.1.ibidem.
Religiosus si post ingressum religiosus inde recedat an bona sua applicentur monasterio vid.ibid.in gl.5.
Et an monasterium in quo filius alicuius decessit excludat ascendentes legitimos in bonis religiosi. vide gl.6.ibid.
Religiosus an posit esse executor testamentarius cum licentia superioris vel sine ea & quando. vide glossam quartam.l.2.per tex.ibi.titu.10. partita.6.
Et pro religiosis semper est præsumptio ad bonum, vide ibidem in glos.5.per tex.ibi.
Religiosus an posit esse curator alicuius minoris, vide glo.1.l.14.per tex. ibi.tit.16.par.6.
Religiosus si ab aliquo iniurietur quis actionem iniuriarum intentare posit, vid.gl.4.l.9.tit.9.par.7.
RELINQVENS animalia languentia in deserto an videatur ea habere velle pro derelicto, vid.gl.1.l.49.tit.28.par.3.
Relinquens aliquid vt inde fiat ecclesia an posit apponere conditionẽ quod talis sit rector gl.5.in fi.l.pen.tit.15.par.1.
RELIQVIAE sanctorum &c. vide gloss.per tex.ibi.in.l.65.titul.4. partita prima.
Reliquiæ an in altare consecrato immitti debeant, vide glo.8.l.12. titulo.10.par.1.
REMEDIVM attentati quale sit & de prærogatiuis huius remedij & quod sit magis vtile illud intentare quam interdictum vnde vi, vid.gl.8.l.27.tit.23.par.3.
Remedium attentati an habeat locum contra tertium possessorem & quãdo, vid.glo.8.l.27. tit.23.par.3.
Remedium attentati an competat quando petenti obstat notorius defectus proprietatis, vid.gl.8.l.27.tit.23.par.3.
Remedium attentati an cesset vbi causa fuit commissa appellatione remota, vi.d. gl.8. in fin.
Remedium.l.2.C.de rescindenda venditione in quibus contractibus locum habeat & quando, vid.gl.4.l.56.tit.5.par.5.
Et an habeat locum in permutatione beneficiorum vel quando res vendĩtur a procuratore. vide ibid.
Remedium.d.l.2.quando neque intentari neque allegari posit, vid.d.gl.4.post medium cum alijs glosis ibid.
Et quod tempus inspici debeat ad hoc vt remedium.d.l.2. competat an tempus contractus vel præsens, vid.ibid.gl.5.
Et an cum res ita restituitur debeat cum fructibus restitui, vi.gl.8.d.l.56. tit.5.par.5.
Remedium.d.l.2.quod datur venditori ad supplementum veri pretij an ipsi vel emptori competat quando res fuerit mortua vel multum deteriorata, vid.gl.10.d.l.56.
Et quid si sit ab emptore vel venditore factum iuramentum de non veniẽdo aduersus contractum venditionis & quid si iurans sit minor.14.annis & quid in maiore.25.annorum & si læsio sit enormissima, vid.ibid. in glo.12.
Remedium.l.2.C.de rescindenda venditione an posit a contrahentibus renuntiari, vid.gl.12.in medio.d.l.56.
Remedium quod debitori datur vt vnum soluat pro alio quando quod debet soluere non potest an ab ipso renuntiari posit, vide glo.3.l.3.tit.14.par.5.
Remedium.l.2.C.de rescindenda venditione an detur quando quis fuit in transactione enormissimę læsus & quid in muliere vel rustico, vid. gl.2.l.34.tit.14.par.5.

Remedium

Remedium.l.finalis.C.de edicto diui Adriani tollendo quibus quando & qualiter detur. vide glo.1.cum alijs ibi.l.2.titul.14.par.6.vbi plura de hoc.
Remedium carbonianũ cui & quando detur de hoc. vide in verb. CARBONIANA bonorum possessio.
Remedium.l.2.C.de rescindenda venditione an excludatur per iuramẽtum minoris. vide gl.8.l.6.tit.19.part.6.
REMISSIO criminis vt valeat causa & quælibet facti qualitas ibi exprimenda est. vide gl.5.l.38.tit.18.par.3.
Remissio pœnæ quæ parti applicari debet an valeat si a principe fiat. vide gl.8.l.11.tit.25.par.4.
Remissio mercedis an fieri debeat inquilino pro rata temporis quod sibi deficit quando dominus illum ex iusta causa expellit ante tempus. vide glo.7.l.6.tit.8.par.5.
Remissio quomodo fiet propter sterilitatem in vrbanis agris & quomodo sterilitas hæc peruenire posit. vide gl.1.l.22.tit.8.par.5.
Remissio an habeat locum quando conductio fuit facta ad longum tempus vel si merces soluatur in pecunia. vide ibi.gl.2.
Et an quando merces soluitur in pecunia dicatur proprie locatio vel contractus innominatus. vide ibidem.
Et an pro omnibus casibus fortuitis locus sit remissioni propter sterilitatem. vide ibidem in gl.3.
Et quid si casus fortuitus præcedat locationem an tunc excuset a præstatione pensionis. vide ibidem in gl.4.
Remissio mercedis propter sterilitatem ad hoc vt habeat locum requiritur quod colonus colligat dimidiam partem fructuum eorum scilicet qui soliti erant colligi. vide gl.8.d.l.22.tit.8.par.5.
Et quid si fructus consistebant in frumento & oleo & vnum perdatur aliud vero non. vide.d.gl.8.
Et qualis esse debeat ista sterilitas. vide gl.9.ibidem.
Remissio mercedis non habet locum propter sterilitatẽ talẽ quãdo colonus non erat solitus decimas soluere quia creditur venisse propter illam causam, & ideo tanquam culposus non liberatur. vide ibidem gloss.10.
Remissio an habeat locum quando fructus ipsi met de per se fuerunt consumpti. vide gl.11.d.l.22.tit.8.par.5.per tex.ibi.
Et an sterilitas vnius anni debeat compensari cum vbertate alterius. vide gl.2.l.23.per tex.ibi.tit.8.par.5.
Et an idem sit siue sit annus vbertatis immediatẽ sequens siue veniat interpollatus. vide ibid.in gl.3.
Et an colonus teneatur ad maiorem pensionem quando res sibi conducta aliquo fortuito casu fuit augmentata. vide ibid.in gl.6.
Remissio pensionis an habeat locum quando res ex qua census debetur fuit combusta vel aliter destructa, & quid si remansit area vel si talis res a flumine vel a mari mundetur vel ab hostibus occupetur ita vt nulli fructus percipi possint. vide gl.9.&.11.l.28.tit.8.part.5.
Remissio pœnæ vel damni an inducatur ex eo scilicet quod quis recepit præmissum sibi factum & de damnis & interesse tunc nihil dixit. vide glo.6.l.13.tit.11.part.5.
Et an in generali remissione veniat dolus. vide glossam quintam.l.30. titul.11.par.5.
Remissio pignoris per creditorem facta an inducat debiti liberationem. vide gl.2.l.40.per tex.ibi.tit.13.par.5.
Remissio delinquentis non solum fieri debet si aufugiat ad iudicem loci delicti, sed etiam ad iudicem domicilij vel prorogatæ iurisdictionis. vide gl.1.2.3.&.4.l.18.per tex.illum ibi.tit.1.par.7.
Et istæ remissiones delinquentium locum habent in iudicibus qui sub sunt vni superiori non in alijs qui non subsunt. vide gl.4.d.l.18. tit.1. par.7.& glo.2.l.1.tit.29.part.7.
Remissio iniuriæ ex quibus præsumatur. vide glo.1.3.&.4.l.22.per text. ibi.tit.9.par.7.
Remissio an habeat locum in hæreticis in vno loco delinquentibus si alibi reperiantur. vide gl.2.l.2.tit.26.part.7.
Sed quid si iudex originis vel domicilij præuenit in citando iudex vero delicti præuenit in sententiando quis eorum erit potior. vide glo.2.d.l.1.titu.29.par.7.
Et an remissioni locus sit postquam sententia condemnatoria lata fuit per iudicem loci domicilij vel alterius. vide.d.gl.2.col.2.
Remissio delinquentis cuius expensis fieri debeat. vide dictam gloss.2. col.3.quæst.2.
Remissio in leuibus delictis fieri non debet. vide.d.gl.2.ad fin.
Et pręses non tenetur militem delinquentem suo magistro remittere & quando sic. vide gl.5.cum alijs ibi.l.3.tit.29.par.7.
Remissio delictorum. vide in verbo, ABOLITIO. & in verbo, INDVLGENTIA.
REMOTIOR si alienatiõi maioriæ cõsentiret cũ alius esset ante eũ an ex hoc in aliquo præiudicet si in illa maioria postea succedere velit & quid in proximiori. vid.gl.1.col.3.&.4.q.25.29.&.39.l.10.ti.26.par.4.
REMOVERI an posit iudex propter enorme delictum & quando de eo accusari posit. vide gl.11.per tex.ibi.& gl.1.5.l.2.tit.1.par.7.
Remouere & an dãnatus ex actione famosa descendente ex cõtractu sit ab officio remouẽdus vel an teneant gesta per eũ gl.4.l.8.tit.3.par.5.
REMOVENDVS est prælatus quem persequitur populus dato sibi a superiori æquiualenti in alio loco. vid. gl.14.in procemio partitarum.
Remotus ab officio propter turpitudinem suam ad alios honores in loco sui originis admitti non debet. vide gl.3.l.5.tit.24.par.4.
Remouendus an sit ab officio damnatus ex actione famosa descendente ex contractu vel an teneant gesta per eum. vide gl.4.l.8.tit.3.par.5.
REMVNERARE debet quis seruitia sibi facta & quare ad hoc homines teneantur. vide gl.4.l.2.per tex.ibi.tit.27.part.2.
Remuneratio fieri debet secundum qualitatem facti præcedentis. vide glo.4.per tex.ibi.l.4.tit.27.par.2.
Remuneratio seruitiorum est quid pulchrum & talis gratia est latissimẽ interpretanda & an in dubio præsumatur realis vel personalis. vide glo.1.l.51.tit.18.part.3.
Remuneratio non habet locum quando ex ea pater illam faciens grauat legitimas filiorum. vide gl.13.l.8.tit.4.par.5.
Et si remunerando aliquis alicui donationem fecerit illam nunquam reuocare poterit. vide gl.1.l.10.tit.4.par.5.
Et an donator cum rem donat in remunerationem seruitij ibi aliquam sentiat vtilitatem. vide gl.7.l.53.tit.5.part.5.
RENOVATIO debiti debet sponte fieri per debitorem ad hoc vt præscriptio per ipsum inchoata interrũpatur. gl.4.l.29.tit.29.parti.3.
Renouatio quando non valeat si non sit facta in scriptis & quando. vide gl.4.col.2.&.3.l.20.tit.8.part.5.
RENVNTIARE vel renuntiari potest aliqua defensio & quando. vide glo.3.l.11.tit.17.part.3.
Renuntiare videtur viam qui aliam elegit. gloss.1.ad finem. legis secundæ.tit.1.par.6.
Renuntiare non potest aliquis iuri quod ignorat sibi competere. glos.2. l.14.tit.6.par.6.
Renuntiare non videtur quis iuri quod ignorat sibi competere. vide glo.3.l.19.per tex.ibi.tit.6.part.6.
Renuntiare non potest quis hæreditati nondum sibi delatæ, & an posit illud facere per pactum. vide gl.4.d.l.19.tit.6.par.6.
Renuntiare an teneatur mulier Velleyano sub exhæredationis pœna quando pro patre in carcere detento non fideiubet. vide glossam.18. l.4.titu.7.part.6.
Renuntiare an possint aliqui iuri accrescendi. vid. glossam sextam.ad fi. l.33.tit.9.par.6.
Renuntiare non potest filius alimentis quæ pater sibi debet. vide glos.1. l.34.tit.34.par.7.
Renuntiare an posit nobilis priuilegia sibi competentia ratione nobilitatis. vide ibidem.
Renuntiare an posit aliquis ius prohibitiuum. vide glossam octauam. ad fi.l.5.tit.5.par.5.
Renuntiare an posit quis iuri prohibenti pactum legis commissoriæ apponi in pignoribus. vide gl.4.l.41.tit.5.par.5.
Et quid si illud sit iuramento firmatum. vide ibidem.
Renuntiare an possint contrahentes remedio legis.2. C. de rescindendæ venditione. vide per gl.2.in med.l.56.tit.5.par.5.
Renuntiare potest quis sententiæ pro eo latæ non solum per actum verbi, sed etiam per actum facti. vide gl.12.tit.10.par.4.
Renuntiari an posit per pactum contrahẽtium vt præscriptio in aliquo casu locum non habeat. vide gl.1.l.1.tit.29.par.3.
Et an idem sit stante lege Tauri qua disponitur quod iuri exequẽdi præscribatur decennio quod illud partes renuntiare possint. vide ibid.
Renuntiare sententiæ an videatur ille qui de nouo petit illud de quo habebat per sententiam. vide.d.gl.2.d.l.6.tit.10.part.4.
Renuntiare an posit vxor constante matrimonio lucris quærendis pro sua parte & an talis renuntiatio valeat saltim facta ante contractũ matrimonij. vide gl.3.l.5.tit.11.par.4.& gl.7.l.26.ibidem.
Renuntiare potest quis iuri & immunitati quã quis habet ex origine in quantũ facit pro se seu in suũ præiudiciũ non tñ illud facere poterit in quantum est in præiudicium suæ ciuitatis originis. vide ibid.ad fin.
Renuntiare an posit quilibet debitor remedio sibi cõcesso vt vnum soluat pro alio quando illud quod debet soluere non poterat. vide glo.3. l.2.titu.14.par.5.
RENVNTIANS actiones suas amplius regressum nõ habet, & quid si per industriam aduersarij renuntiaret. vide glo.5.l.65. titulo.18.par.3.
Renuntians omnes exceptiones sibi competentes quas renuntiasse videatur. vide gl.5.l.70.tit.18.par.3.
Renuntians seculo totam regulam monachationis profiteri videtur. vid. glo.6.l.88.tit.18.part.3.
Renuntians vsui instrumenti quod pars dixit falsum an in alio iudicio fidem faciat, & quid si renuntiet cum protestatione quod non intendit

 fateri

Universidad de Deusto Biblioteca

feteri instrumentum falsum an hæc protestatio aliquid valeat. vide glo.2.l.116.tit.18.part.3.

Renuntians vsui aquæ fontis an si in ea aliquid reparare necesse sit an ad collectam teneatur. vide gl.8.l.20.tit.30.par.3.

Renuntians beneficio suo fructibus iam maturis qualiter fructus ad illũ pertineant & qualiter diuidentur. vide gl.3.l.26.tit.11.par.4.

Renuntians exceptioni non numeratæ pecuniæ an intra biennium possit eo non obstante eam opponere. vide gl.8.l.9.tit.1.par.5.

Renuntians exceptioni non numeratæ pecuniæ post bienniũ an postea admittatur ad probandum contrarium si assumat in se onus probandi, & quid si renuntiet in eadem charta. vide gl.9.ibidem.

Renuntians hæreditati an videatur renuntiasse tam ex testamento quã ab intestato. vide gl.1.l.18.tit.6.part.6.

Et quid si soror diu stetit quod partem suam non petijt a fratre suo an illum in illum renuntiasse videatur. vide gl.2.ibidem.

Et quid si renuntiauit suam partem in vnum ex fratribus an illud illi tantum vel omnibus fratribus prosit. vide gl. quartam. ibidem.

Renuntians hæreditati si postea pœniteat an illã reuocare possit & quando. vide gl.3.&.2.l.20.tit.6.par.6.&ibid.gl.4.&.5.

Et quid si iste qui renuntiauit habet substitutum vel cohæredem vel res non est integra. vide ibidem in.d.gl.5.

Renuntians instrumento debiti quid tunc renuntiasse videatur & an debitum. vide gl.1.l.47.tit.9.par.6.

RENVNTIATIO beneficij sub spe vt alij detur si non deducatur in pactum non est simonia. gl.6.l.11.tit.17.par.1.

Renuntiatio testium non præcludit viam productioni antequam fiat testium publicatio. vide gl.1.l.34.tit.16.part.3.

Renuntiationes episcoporum recipit papa solus & ex causa. glo.4.l.5.titulo.5.par.1.

Renuntiatio mulieris iuri hypothecæ quod habet in bonis mariti quando talis renuntiatio valeat. vide gl.4.l.58.tit.18.par.3.

Renuntiatio exceptionis in emptione rei facta scilicet quod non dicet pretium non fuisse numeratum an valeat & an in eadem charta apponi possit & intra quod tempus ista exceptio pretij non numerati possit opponi. vide gl.4.l.65.tit.18.par.3.

Renuntiatio proprij domicilij in solutione facienda fieri potest a debente. vide gl.7.l.70.tit.18.in part.3.

Renuntiatio appellationis per partes facta an teneat sicut pactum & qñ, de hoc. vide glo.6.l.13.tit.23.par.3.

Renuntiatio de non lucranda dote quam maritus lucrare potest per statum vel aliter an ipse illam facere possit. vide glo.3.col.1.l.5.tit.11.par.4.&glo.4.l.4.ibidem.

Renuntiatio spei certæ donatio dicitur. vide dict. gloss.3.columnn.prima. versicu.secundo.

Renuntiatio lucrorum an habeat locum in marito vt ipse illa valeat renuntiare. vide ibidem.

Renuntiatio & ciues qui transtulit domicilium suum in alium regnum videtur propter hoc renuntiare priuilegijs & fauoribus concessis naturalibus illius regni neque ibidem beneficia habere poterit secus si in eodem regno domicilium mutet. gl.2.l.5.tit.24.par.4.

Renuntiatio feudi facta a vassallo quando valeat vel non & an illud sibi semper licitum sit. vide gl.5.l.7.tit.25.par.4.

Renuntiatio hypothecæ constitutæ ad securitatẽ dotis an similis sit alienationi ita vt taliter renuntians puniatur pœna alienationis rei maioriæ ac si vere alienasset. vide gl.1.col.3.q.21.l.10.tit.26.par.4.

Renuntiatio successoris maioriæ in possessorem vt illam cui velit transferat an sibi damnificet vel alijs legitimis maioriæ successoribus. vide ibidem in quæst.25.

Renuntiatio successoris de maioria quam sperat habere an teneat. vide ibidem in quæst.26.

Renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ an excludat debitorem vt non admittatur licet velit probare contrarium & an valeat si fiat in eadem charta qua obligatur & quid si fiat post biennium. vide glo.8.&.9.l.9.tit.1.par.5.

Renuntiatio generalis casuum fortuitorum an teneat in contractibus, & iudicijs vt renuntianti non prosint quin teneantur. vid.gl.10.ibidem.& glo.1.l.23.tit.8.par.5.

Et quid in recipiente depositum & casus renuntiante. vide glossam.4.l.4.tit.3.par.5.

Renuntiatio maioriæ in fratrem secundum per fratrem maiorem an teneat in damnum filiorum filij maioris. vide gl.3.in fi.l.8.tit.4.part.5.

Renuntiatio iuris prohibitiui an teneat. vide glossam octauam.ad finẽ. l.5.tit.5.part.5.

Renuntiatio intempestiua societatis an valeat & quando. vide gl.3.&.4.l.11.per tex.ibi.tit.10.par.5.

Renuntiatio, nunquam trahitur ad incogitata. vide glossam.4.l.3.titul.11.part.quinta.

Vsus & ille qui vsui aquæ fontis renuntiat si ad eius refectionem aliqua sint necessaria an collectari posit, vide glossam octauam.l.20.titul.32.partita.3.

Vsus facit præsumi conuentionem præcisse secundum eum, vid.glos.5.l.3.tit.25.par.4.

Vsus ratione cuius res fuit alicui commodata prius explici debet quam commodator rem commodatam repetere posit, vide glossam primam.l.nonæ.titulo secundo.partita quinta. aliquando tamen contra vide ibid.gl.2.

Vsus & de vsu domus fundi serui pecoris boum equi & armenti vel aquę vel ministerij & operarum serui, vide glossam nonam.l.20.titulo.31.partita.3.

Vsus domus vxori relictus an ipsa cum secundo marito ibidem commorare posit, vi.gl.1.l.21.tit.31.par.3.

Vsus fundi non facit quem dominum fundi quod bene est si cum proprietate stringatur, vid.gl.2.quæst.1.l.55.tit.5.par.5.

VSVSFRVCTVARIVS & an incrementum alluuionis ad vsumfructuarium pertineat & an æquiparetur emphyteotæ vel feudatario, vi.gl.2.l.3.tit.28.par.2.

Vsusfructuarius an habeat dominiũ thesauri per eum inuenti in loco & fundo in quo vsumfructum habet, vide glossam.3.l.45.titulo.28.partita tertia.

Vsusfructuarius posidet naturaliter sibi & si expellatur vel alij tradat possesionem an dominus perdat suam ciuilem possesionem quam ibi habet vid.gl.4.l.13.tit.30.par.3.

Vsusfructuarius an posit seruitutem imponere in re illa in quam habet vsumfructum, vid.gl.1.l.10.tit.31.par.3.

Vsusfructuarius an debeat cauere & quando non & an ista cautio sit de substantia nisi petatur caueri & quid si vsusfructuarius agat cautione non præstita an teneat iudicium, vi.glo.5.l.vigesimæ.titulo.31.partita tertia.

Vsusfructuarius si cautionem præstare non posit an res sit sequestranda & an habeat locum cautio in eo qui donauit seruato sibi vsufructu & quid in hærede sit dicendum & an testator illam iusserit remitti & quid si vsusfructus alicui relinquatur pro se & hærede suo, vide ibid.in.d.gloss.5.d.l.20.tit.31.par.3.

Vsusfructuarius qui habuit a testatore vt de rebus & bonis vsusfructus durante vsufructu posit vendere aliquid vsque ad certam quantitatẽ an finito vsufructu teneatur ipse vel hæres eius ad pretium rerum vẽditarum, vid.ibid.in gl.7.

Vsusfructuarius an posit vti bobus aratorijs fundi & an ei videatur legatus vsusfructus seminis seu frumenti ad seminandum deputati, vide ibidem in gl.8.

Vsusfructuarius an posit facere depingere vel sculpere arma sua in domo in qua habet vsumfructum, vid.d.gl.8.

Vsusfructuarius domus ad quam expensam teneantur & an istud arbitrio iudicis relinquatur & quid si velit renuntiare vsufructui, vid.gl.1.l.21.tit.31.par.3.

Vsusfructuarius an teneatur ad refectionem si ædificia vetustate corruerint & quando, vide glossam secundam.l.22. titulo trigesimoprimo.partita.3.

Vsusfructuarius an teneatur decimare seu tributa soluere ex re ex qua percipit vsumfructum, vid.ibid.in gl.5.

Vsusfructuarius licet omnes fructus faciat suos tamen non ita erit in partu serui in qua vsumfructum habet, vi.gl.3.l.23. titulo trigesimoprimo.partita.3.

Vsusfructuarius si consentiente proprietario vsumfructum alienat cuius mors inspiciatur ad hoc vt finiatur vsusfructus, vide glo.2.l.24.titulo.31.partita.3.

Vsusfructuarius creditor si vendat iure crediti rem in qua habet vsumfructum an posit & an talis vsusfructus posit reuerti ad illius dominum vid.gl.5.ibid.

Vsusfructuarius agri vel syluæ vel bonorum omnium an illud esse desinat per destructionem totius proprietatis, vide gl.1.l.25.titul.31.partita tertia.

Vsusfructuarius semper videtur habere mandatum a domino in concernentibus custodiam rei, vid.gl.1.l.4.tit.32.par.3.

Vsusfructuarius cui gregis vsusfructus legatus est an ad supplectionem teneatur si ex grege aliqua pecora præmoriantur. vide glo.2.l.21.tit.11.partita.4.

Vsusfructuarius an excusetur a satisdatione quam præstare tenetur propter paupertatem, vide glo.5.l.20.titul.31.par.3.& glos.1.l.4.titulo.19.partita.4.

Vsusfructuarius an dicatur successor in maioria vel eius dominus, vide gl.3.l.7.tit.4.par.5.

Vsusfructuarius an admittatur si velit retrahere rem quam dominus proprietatis vendit & pro tanto illam accipere, vide glo.2.quæst.1.l.55.tit.5.partita.5.

Vsusfructuarius si cum haberet in suo vsufructu consortem vendiderit partem suam an consorsillius iuris admittatur ad retractum, vid.ibid.

Vsusfructuarius si soluat pretium & pensionem totius anni & postea moriatur an dominus proprietatis illud reddere teneatur vel ad quid, vide gl.2.l.3.per tex.ibi.tit.8.par.5.

Vsusfructuarius omnium bonorum an an teneatur ad confectionem inuentarij, vid.gl.1.l.5.tit.6.par.6.

Vsusfructuarius an agat contra furem furantem rem in qua ipse vsumfructum habet vel an dominus proprietatis admittatur, vid.gl.6.&.7.l.11.per tex.ibi.tit.14.par.7.

VSVSFRVCTVS & vsumfructum emens cum bona fide an faciat fructos suos, vide glossam tertiam.l.39.titulo vigesimooctauo.partita tertia.

Vsusfructus rerum filij si patri non queratur an filius sine patre agere posit & an tunc contra eum currat præscriptio, vid.gloss.4.l.8.titulo.29.partita.3.

Vsumfructum an posit quis constituere in parte sua quam posidet pro indiuiso, vi.gl.2.l.10.tit.31.par.3.

Vsusfructus an videatur relictus in quolibet anno illi cui a testatore simpliciter fuerunt relicti fructus talis fundi an vero intelligendum sit de fructibus vnius anni tantum, vid.glossam primam.l.20.titulo.31.partita tertia.

Vsusfructus alicui relictus an debeat sequestrari si ab eo sufficiẽs cautio non præstetur, vid.gl.5.l.10.tit.31.par.3.

Vsusfructus alicui relictus a testatore cum potestate vendendi de bonis vsusfructus vsque ad certam quantitatem an finito vsufructu ipse vel eius hæres pretium rerum venditarum restituere teneatur, vide ibidem in glossa.7.

Vsusfructus alicui relictus an ipse posit vti bobus aratorijs fundi & an videatur legatus fructus seminis seu frumenti ad seminandum deputati vid.gl.8.l.20.titu.31.par.3.

Vsusfructus finitur etiam si fructuarius conduxisset vsumfructum vel ipsius morte & an spesus vsusfructus constituendi finiatur morte, vide gl.2.l.24.tit.31.par.3.

Et quid si vsusfructus relinquatur monacho, vide dictam glo.2. dict.l.vigesimæquartæ.

Et quid si proprietario consentiente vsusfructuarius illum in alium alienauit cuius mors inspiciatur, vid.ibid.

Vsumfructum habens in pignore an posit illum vendere iure crediti & an tunc talis vsusfructus posit ad dominum reuerti, vide glossam.3.dictæ.l.24.

Vsusfructus finitur per destructionem totius proprietatis, vid.glo.1.l.25.tit.31.par.3.

Vsusfructus ciuitati relictus durat.100.annis & aliquando plus & an idẽ sit in emphyteota vel feudatario vel in annuo legato ciuitati facto, vi.gl.1.l.26.tit.31.part.3.

Et quid si tunc ibi aderit in concesione verbum perpetuo, vide dictam glossam primam.

Et quid si ciuitati concedatur vsus syluæ an illud dicatur vsus vel vsusfructus & an tunc expiret.100.annis, vid.ibid.in.d.gl.1.

Vsusfructus & habitatio in quo differant inter se, vid.glo.1.l.27.titulo.31.partita.3.

Vsusfructus si cum proprietate consolidetur & ipsa proprietas ab vxore marito fuerit in dotem data an talis consolidatio & commodum ipsius ad solam vxorem pertineat an vero tanquam commune lucrum cum marito diuidi debeat, vid.gl.1.l.18.tit.11.par.4.

Vsusfructus gregis si sit alicui legatus an vsusfructuarius debeat gregem supplere si aliqua præmoriantur vide gloss.2.l.21.tit.11.par.

Vsumfructum an habeat pater in beneficio ecclesiastico quod posidet filius vel in rebus a filio male quæsitis. vide glossam.5.l.5.titulo.17.partita quarta.

Vsusfructus an patri exhæredato quęratur per nepotem cui fuit delata hæreditas, vid.d.gl.5.

Et ibi illa gl.remisiue notat alios casus in quibus patri vsusfructus non quęratur.

Vsusfructus an extingatur si pater illum posidens ingrediatur religionẽ vid.d.gl.5.in medio.d.l.5.

Vsusfructus consolidatur cum proprietate quando pater illum habens illius capax non est, vide.d.glo.5.col.1.in medio dict.l.5.titu.17.par.4.

Vsusfructus rei in qua pater filio posidenti succedere non potest nunquam patri quęritur, vid.d.gl.5.col.1.post med.

Vsusfructus in bonis maioricatus an ad patrem pertineat & quid si a conditore dictum sit quod vult quod bona dentur ipsi filio in quem maioriam fecit an tunc eius pater in talibus bonis vsumfructum habeat, vide ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vsusfructus deberur patri in rebus filij ingredientis religionem siue bona sint maioriæ vel non siue etiam filius in hoc disponat siue non disponat, vid.d.gl.5.col.1.ad fin.
Vsumfructum non habet pater in dote aduentitia filiæ neque de iure antiquo neque de nouo, vid.ibid.ad fin.
Vsusfructus an patri quæratur ex dote quam filius fuit lucratus propter iniuriam violati thori, vidibid.
Vsusfructus licet non possit haberi per patrem in rebus filij an semper habere debeat commoditatem illius iuris, vide ibidem in fine illius columnæ primæ.
Vsusfructus in rebus aduentitijs filij an filio debeatur cum exijt a patris potestate per emancipationem vel per contractum matrimonij, vi. gl. 6. l.15. tit.18. par.4.
Vsusfructus omnium bonorum per filium de cetero acquirendorum an possit pater sibi reseruare quando illum emancipat, vi. ibidem in glossa septima.
Vsusfructus an debeatur patri in bonis maioricatus vel in bonis feudalibus filij, vid. gl.1. l.7. tit.26. par.4.
Vsusfructus est diuersum ius a proprietate quæ est pars dominij integralis sue legalis non tamen prædiatiua sive subiectiua & habens vsumfructum in re possit retrahere pro tanto proprietatem quam dominus alij vendit, vi. gl.2. quæst.1. l.55. tit.5. par.5.
Vsusfructus differt a dominio, vide dictam glossam secundam. d. quæst. 1. dict. l.55.
Et iunctus cum proprietate facit plenum dominium, vide ibid.
Vsusfructus quando non acquiritur patri in bonis filij tunc filij familias vice patrum familias fuunguntur, vide glossam secundam l.6. titulo.11. partita.5.
Vsusfructus rei legatæ si alienetur per testatorem an per hoc videatur reuocasse legatum, vid. gl.2. l.17. tit.9. par.6.
Et an in vsufructu locus sit iuri accrescendi etiam inter coniunctos cõiunctione legali. vide glossam sextam, columna.2. post medium. l.33. titu. 9. partita.6.
Vsusfructus rerum maioriæ an possit publicari in vita delinquentis, vide gl.4. in princ. l.6. tit.11. par.6.
Vsusfructus an possit vni heredum iadiudicari & alteri proprietas quando inter eos hæreditas diuiditur per iudicem, vide glo.1. l.10. titulo.15. partita.6.
Et quid si cum aliquis haberet vsumfructum in aliqua re aliquis rem illã furauerit an ipse vsusfructuarius vel dominus proprietatis admittatur contra furem. vide glossam.6. &.7. l.12. per tex. ibi. titulo decimo quarto. partita.7.
Vt, ista dictio quid importet, vide gl.1. &.7. l.21. per tex. ibi. tit.9. par.6. & gl.2. cum alijs ibi. l.2. tit.4. par.4.
VTENS calidis vt cum vxore copulam habere possit vtrum mortaliter peccet, vid. gl.5. l.9. per tex. ibi. tit.2. par.4.
VTILE DOMINIVM. vide supra in verbo, DOMINIVM.
VTILITAS publica præferri debet priuatæ, vid. glo.2. per tex. ibi. l.8. tit.28. par.
Vtilitas an sit in donatione alicui facta respectu donatoris si donatio fiat in remunerationem seruitiorum, vid. gl.7. l.53. tit.5. par.5.
Vtilitas communis si adfit in destruendo ædificio alicuius tunc onus debet communiter contribui, vide glossam. l.3. titulo nono. partita quinta.
VVLGARIS SVBSTITVTIO vide supra in verb. SVBSTITVTIO VVLGARIS.
VVLNVS & quid si creditor vulnerauerit creditorem fugientem cum velit illum propria authoritate capere & quid si debitor se defenderit vid. gl.1. l.10. tit.15. par.5.
Vulnus quid dicetur & quid veniat appellatione vulneris, vi. gl.3. l.6. tit. 9. partita.7.
Vulnus siue letale sit siue non qualiter illud dans puniatur si ignoretur quis illud dederit cum ibidem plures in vulnerando concurrerint. vi. gl.1. l.15. tit.15. par.7. per illum tex. ibi.
Et quid si ignoretur quis primo vel vltimo percusserit vel ex quo vulnere perijsset & quid si nullum vulnus erat letale & nihilominus vulnera tus mortuus fuit & alia plura in hoc, vid. in. d. gl.1. dict. l.15. titulo.15. partita.7.
Et an quando non constat quis fuerit principalis in vulnerando an cõtra alios vt auxiliantes procedi possit ad condemnationem, vid. ibid.

VXOR
Adultera
Clerici vel promoti ad sacros ordines
Vouens
Infidelis vel infidelium
Religionem ingrediens,
Facit elemosynam
Testatur vel disponit,
Accusatur, accusat, vel agit
Separatur
Testificat
Inops
Denegat debitum vel petit
Arcta vel lata
Donat
Renuntians
Dotans vel pro dote
Alienat vel alienans,

Vxor post reuocationem mariti de monasterio ipsa religionem intrare non potest antea vero sic, vide gl.5. l.12. tit.7. par.1.
Vxor communicans cum marito excommunicato peccat si inter eos fit carnale comertium interdictum, vid. gl.5. l.34. tit.9. par.1.
Vxor cognita carnaliter à viro in ecclesia an propter hoc ecclesia polluta sit, vid. gl.2. l.20. tit.10. par.1.
Vxor qualis eligi debeat & quæ secum vxor eligenda habere debeat, vi. gl.1. l.1. tit.6. par.2.
Et ibi quid in marito eligendo.
Vxor vna tantum esse debet non duæ illud enim est peccatum contra naturam probat gl.1. l.2. tit.6. par.2.
Vxor est socia diuinæ & humanæ domus, vid. gl.1. per tex. ibi. l.5. titu.2. partita.3.
Vxor quam diu nupta est desinit esse ciuis propriæ originis & in quibus & quid in vxore clerici an in criminalibus gaudeat priuilegio fori mariti, vid. gl.7. l.32. tit.2. par.3.
Vxores non possunt defendere virosin iudicio sine mandato ipsorum sicuti eis licet nam vxores &c. vid. gl.2. l.10. tit.5. par.3.
Vxor negans res fuisse mariti sui an illud probare debeat & quid in regno isto obseruetur, vid. gl.3. l.2. tit.14. par.3.
Et quid si talis vxor adulterium committat vel res aliquas emat ex pecunia sibi tradita a consanguineis quam statim sibi reddidit, vide glo.4. ibidem.
Vxor tabellionis mortui relicta vsufructuario an aliquid habere debeat de exemplaribus quæ deducuntur ex originalibus mariti quæ per aliũ tabellionem deducuntur, vid. gl.4. l.55. tit.18. par.3.
Vxor si decedat sine filijs an eius hæredes succedere possint in arris per maritum illi datis. vide glo.2. l.87. tit.18. par.3.
Vxor hominis mei & qui mihi seruitutem debet an sit fœmina mea, vide gl.3. l.89. tit.18. par.3.
Vxor defendens rem quam marito in dotem dedit in iudicio ipso sciente & non contradicente si condẽnetur an sententia illa præiudicet marito, vid. gl.11. l.20. tit.22. par.3.
Vxor an habeat dominium in thesauro inuẽto in fundo ipsius per maritũ vid. gl.3. l.45. tit.28. par.3.
Vxor an possidere possit rem sibi donatam à viro suo licet talis donatio sit nulla, vid. gl.1. col.2. ad fin. l.7. tit.29. par.3.
Vxor cui fuit relictus a marito vsus domus an ibi possit habitare cum fedo marito, vid. gl.1. l.21. tit.3. par.3.
Vxores an plus diligendæ sint quam patres siue matres, vi. gl.8. in prologo, 4. partitæ.
Vxor & eius vir ad paria iudicari debent, vid. gl.2. l.7. tit.2. par.4.
Vxor si propter fornicationem fuit a marito exclussa & ipse sacros ordines susceptisset & in eos fornicasset an matrimonium debeat redintegrari, vid. gl.4. q.2. l.8. tit.2. par.4.
Vxor si à viro carnaliter cognoscatur non propter id peccat imo aliquando meretur, vid. gl.1. &.2. per tex. ibi. l.9. tit.2. par.4.
Vxor quæ prius cum vno clandestine contraxit matrimonium postea cum alio publice contraxit cum quo commoratur sine peccato mortali reddere & exigere possit ab eo debitum coniugale & quid si non reddens ponat se in periculo vitę vel scandalum siue peccatum generetur, vid. gl.1. l.2. tit.3. par.4.
Vxor potest a seruitute in qua maritus se ipsum vendendo posuit illum extrahere & an tunc ipsa retratante venditionem pretium emptori restituere teneatur. vid. gl.1. l.4. tit.5. pa.4.
Vxor si vendat se ipsam in ancillam nolente viro an in ea idem sit dicendum quod in marito, vid. d. gl.6. in fin.
Vxor an possit impedire ne maritus suus creditoribus cũ cingulo ferreo ad colum tradatur, vid. gl.7. l.4. tit.5. par.4.
Vxor carnaliter cognita ad eam bene extenditur cognatio spiritualis & an ad concubinas, vid. gl.6.&.7. l.1. tit.7. par.4.
Vxor alicuius si sit multũ arcta vel ita lata quod à viro carnaliter cognosci non possit vel habeat aliud impedimentum ita quod cognosci non possit an matrimonium dissoluatur, vi. gl.5. l.2. tit.8. par.4.
Vxor alicuius si à viro cognosci carnaliter non possit quia est virgo an ipse mediante aliquo actu medicinali possit claustra pudoris sui frangere & an istud sit contra naturam factum, vide glo.6. l.2. titulo octauo. partita.4.
Vxor quæ corrupta cum aliquo matrimonium contraxit si petat matrimonium separari ob viri frigiditatem intra quantum tempus illud petere debeat & quid in virgine, vide glossas. l.6. ibid.
Vxor & vir continẽtiam vouere possunt nisi illud malicioſe fecerint tũc enim occurret episcopus, vid. gl.3. l.1. tit.9. par.4.
Vxor an debeat a viro alimentari si ipsa in peccato perseuerauerit, vi. gl. 7. l.2. tit.9. par.4.
Vxor qualiter certificari debeat de morte primi viri ante quam contrahat cum secundo, vid. gl.2. l.8. tit.9. par.4.
Et an sufficiat probatio per famam, vid. ibid.

Vxor po-

Vxor potest dare licentiam marito intrandi religionem ipsa remanente in seculo si de incontinentia non fuerit suspecta, vi. gl.1. l.2. per tex. ibi. titulo.1. par.4.
Secus tamen erit si maritus velit esse Episcopus quia tunc debet intrare religionem neque vouere sufficiet, vide ibidem.
Vxor si nolit dare licentiam marito vel si per vim ad hoc fuerit cõpulsa, tunc maritus religionem intrare non poterit, vide glo.1. l.2. tit.10. p.4.
Vxor si dederit viro licentiam ingrediendi religionem, an per hoc tacitè videatur vouere continentiam, & quando, vide ibidem in glo.1.
Vxor à viro sine authoritate ecclesiæ separati non debet, & quid si fornicatio si notoria, vide glossam sextam legis secundæ, titulo decimo. partita quarta.
Et an vxor quæ remansit in seculo & continentiam promisit mortuo viro possit matrimonium contrahere, vide ibidem in glossa decima dictæ legis secundæ.
Vxor à viro propter adulterium per sententiam diuortij separata si nolit postea virum suum repetere quia cum alia fuit fornicatus, an tale matrimonium debeat iudicis officio redintegrari, vide glossam primam l.6. tit.10. part.4.
Vxor debet mitti in possessionem rerum sibi à marito donatarum propter nuptias, vide glo.1. l.7. tit.11. part.4.
Vxor si soluto matrimonio pretium rei dotalis acceperit quam maritus vendidit cum prius non esset æstimata, an ex hoc alienatio confirmetur, vide glo.4. l.7. tit.11. part.4.
Vxor an dicatur habere dominium bonorum paraphernalium vel eius maritus, & quando, vide glo.2. &.3. l.17. tit.11. par.4.
Vxor an marito petente teneatur cauere de euictione rei dotalis, vi. glo. 1. l.22. tit.11. par.4.
Vxor soluto matrimonio quas vestes & ornamenta hæredibus mariti reddere debeat, vide glo.9 l.23. tit.11. par.4.
Vxor quæ contraxit in vno loco & postea per maritum fuit in aliũ translata qualis locus sit attendẽdus vt pacti ne inter ipsam & maritum factæ obseruentur, an locus cõtractus vel habitationis vel domicilij mariti, vide glo.1. l.24. tit.11. par.4.
Vxor an potius credatur alimentari a marito quia est eius vxor vel quia secum attulit dotem, vide glo.5. l.25. tit.11. par.4.
Vxor an teneatur recipere idoneam cautionem quam sibi dat maritus de non dilapidando dotem, vide glo.4. l.29. tit.11. par.4.
Vxor an possit dotem à marito exigere si ipse ad inopiam peruenerit tamen non sui culpa, vide glo.6. l.29. tit.11. par.4.
Quod procedit etiam si maritus esset pauper tempore contractus matrimonij, vide ibidem.
Vxor debet statim donationem propter nuptias restituere si statim ei restituatur dos non expectata aliqua dilatione, vide glossam quartam. l. 31. tit.11. par.4.
Vxor alicuius si tertio nubat de incontinentia notabitur, & illud est abominabile apud homines, vide glo.1. l.1. tit.12. par.4.
Et quid si maritus vxori legatum fecerit si calle vixerit & illa secundo nubat, an illud consequetur, vide d. glo.1.
Et quid si ab extraneo tale legatum fiat, scilicet, si castè vixerit & ipsa tertio nubat, an illud consequetur, vide ibidem.
Vxor alicuius eo ipso quod peccat in corpore perdit omnia priuilegia mariti & tutelam filiorum, vide glo.6. l.3. tit.12. par.4.
Vxor & concubina parum inter eas refert nisi in honore & vassallus qualemcunque ex istis cognoscens priuabitur feudo, vide glo.1. in proœmio tit.14. part.4.
Et contra vxorem non præsumitur quod omnia quæ habet sint de bonis mariti sicuti præsumitur contra concubinam quæ potest torqueri ad eruendam veritatem, vide ibidem.
Vxor alicuius an esse præsumatur illa quæ nõ publicè sed secretè fuit ab aliquo in concubinam recepta si ipse per lõgum tempus cum ea cohabitauit, vide glo.8. per text. ibi. l.2. tit.14. par.4.
Vxor de nouo an possit a præside officio durante recipi, & quid in hoc sit de iure canonico, vi. gl.11. per text. ibi. l.2. tit.14. par.4.
Vxor filij indotata an a patre filij ipsa & liberi eius ali debeant, vide glo. 6. l.2. tit.19. part.4.
Vxor si in ventre filium habeat an debeat propter hoc mitti in possessionem rerum etiam si sint maioriæ, vide glossam primam legis3. per text. ibi. tit.23. par.4.
Vxor vassalli si à domino cognoscatur an per istum concubitum dominus iura naturalitatis quæ in illo habet amittat, vide glossam sextam l.5. tit.24. par.4.
Vxor proditoris an puniatur propter delictum sui mariti, vide glo.4. l.12 titulo.25. part.4.
Vxor an possit retinere bona mariti sui pro dote, vide glo.4. ad medium l.9. tit.2. part.5.
Vxor an vendicet rem emptam à marito vel extraneo cũ pecunia ipsius vxoris, vide glo.8. l.49. tit.5. par.5.
Vxor an habeat ius retrahendi fundum quod maritus vẽdidit extraneo si maritus illum fundum vendidit matrimonio constante, vide glos. 2. quæst.4. l.55. tit.5. par.5.
Vxor an ipso iure & statim quod à marito matrimonio constante res empta fuit habeat dominium medietatis siue in re illa empta, an vero postea mediante aliqua actione, vide d. glo.2. in. d. quæst.4.
Vxor & maritus non dicuntur habere vniuersalem societatem sed tantũ respectu lucri, vide ibidem.
Vxor constante matrimonio non potest agere neque aliquid petere ex lucri, vide ibidem in fin. d. glo.2. in. d. quæst.4.
Vxor an possit petere medietatem donationis à Rege marito suo factam tanquam commune lucrum, vide glo.7. l.3. tit.10. par.5.
Vxor an possit petere vt illud quod tuus maritus perdidit sui culpa compensetur cum lucris ab eo quæsitis, vide glo.5. l.13. tit.10. part.5.
Vxor in bonis mariti habet tacitam hypothecã & præfertur cæteris creditoribus, vide glo.1. l.23. tit.13. par.5.
Et quid facere possit virtute huius tacitę hypothecæ, vide ibidem in glo. 2. vsque ad finem.
Vxor an teneatur in actione primipillari vel sit pro ea dos obligata sua vel pro tributis soluendis Regi cum eius maritus eorum sit collector, vel quando maritus fallit, id est (se alça) vide glossam septimam. l.23. titulo.13. par.5.
Vxor soluto matrimonio non recipit dotem in vno casu, & an tunc dos cedat lucro mariti vel applicetur fisco, vide glossam primam legis.50. titulo.14. par.5.
Et quid si ambo sciebant impedimentum, & quid si adhuc carnalis copula non fuit sequuta, vide glossas. l.51. tit.14. par.5.
Vxor alicuius an suum hæredem facere possit vel illum manumittere, & quando non, vide glossas. l.3. per tex. ibi. tit.3. part.6.
Vxor si dedit facultatem marito vt ad maioriam possit vnũ ex filijs suis eligere an si ipse intra annum non eligat postea admittatur, & an possit eligere quem in sua potestate habet, vide glossam secundam. l.25. titulo.9. par.6.
Vxor relicta executrix in testamento mariti an amittat executionem si contrahat secundas nuptias, vide glossam quartam in fine legis.2. titu. decimo. part.6.
Vxor an ab hærede suo sumptu vestes lugubres habere debeat, & quales, & quando illas restituere teneatur hæredi si postea nubat, vide glo.4. colum.2. l.2. tit.11. par.6.
Vxor quã partẽ in bonis mariti habere debeat si inops remaneat, & qũ, & quibus concurrentibus, & qualiter, & quid in viro vxore præmoriẽte, vi. gl.1.2.3.&.4. cum alijs ibi. l.7. per text. ibi. tit.13. part.6.
Et quid inter sponsos si adhuc vxor ad domum ducta non fuit, vide dictã glossam secundam.
Et an condito testamento talis pars vxori vel marito debeatur, vide ibidem in glo.5. d. l.7. tit.13. part.6.
Et an tunc vxor teneatur victum manibus suis & industria sua lucrari, vi. ibidem in glo.6.
Et an tunc cogatur vxor vendere proprietatem domus vel alterius rei, vide d. glo.6. colu.2.
Et an amittat istam quartam partem quam habet in bonis mariti si postea efficiatur diues, vide ibidem.
Vxor si habet patrem diuitem an possit petere quartam partem in bonis sui mariti, vide ibidem.
Vxor an in omnibus bonis mariti succedat filijs repudiantibus, & quãdo non, & quid interfit succedere ex testamento vel ex lege, vide glos. 7. d. l.7. tit.13. par.6.
Et an vxor vt possit suam quartam partem habere possit donationes mariti in vita sua factas reuocare, vide ibidem in glos.8.
Et an hodie vxor istam quartam partem habere debeat stantibus filijs, & quid si maritus de quinta parte iam disposuit, vide glos.9. ibidem.
Vxor si luxuriosè viuat post mortem mariti an amittat istam quartam, vide dictam glossam nonam in fine dictæ legis septimæ. titulo decimo tertio. par.6.
Vxor legitima alicuius non impedit quin ipse possit filium suum naturalem hæredem instituere, vide glossas legis nonæ. per illum textum ibi. titulo.13. par.6.
Vxor alicuius si ex adulterio pariat filium an ille matri suæ succedat, vi. glo.5. col.1. quæst.1. &.2. l.11. tit.13. part.6.
Vxores diligunt secundos maritos vltra filios, vide glo.14. l.4. & glos.6. l.19. per text. ibi tit.16. par.6.
Vxor quæ contraxit matrimonium scienter cum hæretico vel proditore an amittat dotem, & quando, vide glo.3. l.2. tit.1. part.7.
Vxor si partum alienum marito supponat an pœna mortis puniatur, vi. glo.4. l.6. tit.7 part.7.
Vxor de supposito partu accusari potest per maritum perpetuo, & an per aliquem alium, vide glossam primam legis tertiæ. per textum ibi. titulo.7. part.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vxor si sui vel mariti vel alterius culpa abortum faciat, an & quãdo ipsa vel maritus vel alius propter hoc puniendi sint, & qualiter, vide glossas legis.8. titulo.8.par.7.
Vxor si occidat maritum suum qualiter puniatur, vide glossas legis.12. ibidem per illum textum.
Vxor & maritus vnum corpus sunt, vide glossam septimam.columna.2. in medio.l.1.tit.9.par.7.
Vxor alicuius si vocetur adultera & verum dictum fuit, an dicens teneatur actione iniuriarum si velit probare se verum dixisse, & an si verum dixit teneatur se dedicere, vide dictam glossam septimam dictæ.l.1. in quæst.1.2.&3.
Vxor alicuius si vocetur meretrix & illud antequam nuberet fuit an vocans teneatur iniuriarum, vide.d.glo.7.in fine.
Vxor quæ furtum marito fecit an ab ipso accusari possit in iudicio, vide glo.3.&.5.l.4.per text.ibi.tit.14.part.7.
Et quid si furtum sit in magna quantitate, vide glossam sextam legis.17. ibidem.
Et qualiter maritus illam recuperabit si illam penes alium inuenerit, vide glo.7.&.8.&.9.cum sequentibus.l.4.supra.d.
Vxor alicuius potest per maritum perquirii in quibuscunque domibus velit perquirere eam, & quando, vide glossam secundam cum alijs ibi.l. 24.tit.14.par.7.
Vxor si ad mandatum viri damnum dedit an ipsa vel maritus ad emendam damni teneatur, vide glossam secundam legis quintæ.titulo.15. partita.7.
Vxor si negauerit se damnum dedisse qualiter puniatur si contrariũ probetur per testes vel aliter, vide glossam quartam legis.16.per textum ibi tit.15.par.7.
Vxor an possit per iudicem ecclesiasticum compellere maritum vt dimittat concubinam, vide glo.5.l.1.tit.17.par.7.
Vxor alicuius si sub specie famuli teneatur ab aliquo inuito eius marito, an ex hoc probetur adulterium, vide glossam tertiam legis.13.titulo.17 partita.7.
Vxor si viuente adhuc primo marito cum alio matrimonium contrahit, qualiter puniatur, vide glossam primam legis.16.per textum ibi.titulo.17.par.7.
Et an inquisitores hereticę prauitatis de isto crimine cognoscere possint, vide ibidem.
Et qua pœna puniatur maritus qui recepto pretio vel non recepto lenocinium fecit, vide glo.5.&.7.l.2.per text.ibi.tit.22.parti.7.
Vxor si ad infidelitatem transeat amittit dotem, & qualiter plus puniatur, vide glo.2.&.3.l.6.per text.ibi.tit.25.par.7.
Et an vxore reclamante maritus possit à iudice damnari vt Regi in triremibus deseruiat, vide glo.4.l.4.tit.31.par.7.
Vxor pro delicto mariti puniri non debet, neque è contra, vide glossas.l. 9.per text.ibi.tit.31.par.7.
Vxor appellatur domestica, vide glo.6.l.6.tit.33.par.7.
Et ideo non testificat contra maritum, vide glo.1.l.15.tit.16.parti.3.
Et si testator iubeat hæredi vt vestiat vxorem suam an intelligatur semel vel toto tempore vitæ suæ, vide glo.8.l.8.tit.33.part.7.
Vxor an in dote sua præferatur creditoribus qui ob emẽdam vel reficiendam rem pecuniam suam dederunt, & quando, vide glo.1.legis.18.titulo.13.par.5.
Vxor si propter vergentiam viri ad incipiam cõstante matrimonio agat ad dotem, an tunc creditoribus competat ius offerendi sibi, vide glo.2. l.34.tit.13.part.5.
VXOR ADVLTERA, & vxor alicuius illi faciens adulterium an ex ea insurgat dubitatio de filijs eorum, vide glossam quintam legis primæ.tit.14.par.2.
Vxor adultera an possit post viri reconciliationem illum de adulterio accusare. vide glo.5.l.28.tit.11.par.3.
Vxor à marito accusata de adulterio si ab illo debitum petierit lite pendente an sibi reddi debeat, vide glo.2.l.8.tit.2.par.4.
Vxor à marito accusata de adulterio coram iudice seculari nõ potest eũ coram eodem accusare super eodem crimine, vide glo.4.ibidem.
Vxor si propter fornicationem fuit à marito exclusa & ipse sacros ordines suscepisset & in eos fornicasset an matrimonium debeat redintegrari, vide ibidem in quæst.2.
Vxor à viro propter adulterium separata potest petere matrimonij redintegrationem si probet maritum suum postea fornicasse, & an per iudicis officium, & an dotem quam amisserat propter adulterium recuperet, vide.d.glo.4.quæst.3.d.l.8.tit.2.par.4.
Vxor si de adulterio accusetur ab eius marito an ei crimen adulterij obijcere possit vt accusatio non teneat, vide glo.2.l.6.tit.9.par.4.&glo.1.l. 9.tit.17.part.7.
Et quid si ei crimen lenocinij obijciatur in foro ecclesiastico vel seculari, vide glo.4.d.l.6.
Vxor an possit accusari à marito de adulterio si per vim fuit coacta, & quid si vis non fuit præcisa sed cõditionalis, & quid si maritus illi præuiuit vt aufugeret & ipsa noluit, vi.gl.1.per tex.ibi.l.7.tit.9.par.4.
Vxor an possit de adulterio carnali à marito hæretico accusari, & an istæ duæ fornicationes debeant compensari, vide glossam quintam.l.8.titulo.9.par.4.
Et quid si maritus reuertatur ad fidem an compensationi locus sit, vide glo.6.ibidem.
Vxor quæ adulterium commisit debet marito dotem & donationem propter nuptias reddere, vide glossam quartam.per textum ibi.l.12.titulo.9.par.4.
Vxor si à marito de adulterio accusetur an petere possit quod maritus obligetur ad pœnam tallionis, vide glo.2.&.3.l.13.tit.9.part.4.
Vxor à viro propter adulterium per sententiam diuortij separata si nolit postea virum suum repetere quia cum alia fuit fornicatus, an tale matrimonium debeat iudicis officio redintegrari, vide glo.1.legis.6.titulo 10.par.4.
Vxor propter adulterium amittit dotem, & quid si pater vel alius qui dotem dedit fuit stipulatus sibi reddi soluto matrimonio, vide glos.1.l.23. titulo.11.part.4.
Et an maritus tunc teneatur ad onerare hæreditaria, vide ibidem.
Vxor si luxuriosè viuat post mortem mariti, an amittat quartam quam si erat inops ex bonis mariti habere debebat, vide glossam nonam in fine.l.7.tit.13.par.4.
Vxor alicuius si ex adulterio pariat filium an ille matri suæ succedat, vide glossam quintam.columna prima.quæstione prima & secunda.l.11.titulo.13.par.6.
Vxor adultera per maritum occidi potest & quo iure illud sibi fieri permittatur, vide in.d.col.1.in fine.
Vxor si accusetur per mariium de adulterio si ipsa contra eum excipiat de lenocinio & illud probet an ipsa liberetur & maritus veniat ex tali exceptione sic probata puniendus, & quando, vide glo.4.&.5.l.29.per textum ibi.tit.1.par.7.
Et an dos vel litera vxoris veniant confiscanda propter viri sui proditionem, & quando, vide glo.3.l.2.per text.ibi.tit.2.par.7.
Vxor alicuius si vocetur adultera & verum dictum fuit an dicens teneatur actione iniuriarum si velit probare se verum dixisse, & an si verum dixit teneatur se dedicere, vide glossam septimam legis primæ.titu.9. par.7.in quæst.1.2.&.3.
Vxor à marito non ab extraneo potest de adulterio accusari per.ll.huius regni, vide.d.glo.7.in.d.quæst.2.
Vxor alicuius si vocetur meretrix & illud antea quam nuberet fuit, an vocans teneatur actione iniuriarum, vide.d.glo.7.in fine.
Vxor à solo marito de adulterio accusari poterit, & quid si adulterium sit cum incestu mixtum, vide glossam tertiam legis secundæ.titulo.17 parti.7.
Et an iudex inquirendo vel volens prouinciã purgare admittatur & possit tales adulteras castigare vel illas expellere saltim quando sunt publicæ, vide.d.glo.3.d.l.2.tit.17.par.7.
Vxor adultera intra quantum tempus à marito accusari possit, vide.d.gl. tertiam in fine.
Vxor potest à marito de adulterio accusari etiam soluto matrimonio intereos, & intra quantum tempus illam accusare & adulterium probare teneatur, & an si intra tempus constitutum non probet excusetur, vide glo.1.2.&.4.l.3.per text.ibi.tit.17.part.7.
Vxor an post mortem mariti ab eius hæredibus de adulterio accusari possit, & quid hodie, vide glo.8.d.l.3.
Vxor si de adulterio accusetur & sibi non probetur qualiter maritus puniatur, & quando excusetur à præsumpta calumnia, vide glos.12.d.l.3. tit.17.par.7.
Et an ille qui cum vxore alicuius dormiuit committat adulterium si crediditillam non esse nuptam, & quando excusetur, vide gloss.1.l.5.per per text.ibi.tit.17.par.7.
Vxor quæ accusatur de adulterio qualiter excipere possit, & quales exceptiones ipsius admittantur vel non, & quando sint proponendæ, & qualiter, vide glossas legis septimæ.per textum ibi tit.17.par.7.cum glosis aliarum legum ibidem.
Vxor etiam si exceptionem lenocinij opponat post litis contestationẽ absoluetur, vide glo.4.l.17.part.7.
Vxor alicuius si sub specie famulæ teneatur ab aliquo inuito eius marito an ex hoc probetur adulterium, vide glo.3.l.13.tit.17.part.7.
Vxor adultera amittit dotem, & in quo plus veniat punienda, vide gloss. 3.cum alijs ibi.l.15.per text.ibi.tit.17.part.7.
Vxor quæ cum proprio seruo vel famulo adulterium commisit qualiter puniatur, vide glo.6.&.7.&.8.d.l.15.per illum text.ibidem.
VXOR clerici vel promoti ad sacros ordines si ipsa sciens consentirer cõtinentiam promittere debet neque post viri mortem pteriti matrimonium contrahere, & an necesse sit quod de hoc a principio certificetur vide glo.3.l.40.tit.6.par.1.

Vxores

Vxores clericorum cum eis scienter cõtrahentes matrimonium qua pœna feriantur, vide gl.4.l.41.tit.6.par.1.
VXOR VOVENS continentiam eo quod maritus intret religionem si postea, ante professionem exeat, an voto non obstante illum reuocet, vid.gl.9.l.11.tit.7.par.1.
Vxor si vouens castitatem eo quod maritus intret religionem si propter ipsius vxoris incontinentiam postea fuerit de monasterio extractus, & ipsa postea decedat, an possit maritus matrimonium contrahere, vide gl.3.l.12.tit.7.par.1.
Vxor continentiam vouere non potest marito contradicente, vid.gl.9. l.3.tit.8.par.1.
Et quid in voto vltramarino emisso pro subsidio terræ sanctæ, an eo nolente exequi possit, vid.ibid.
Vxor si velit maritum sequi in implementum voti pro subsidio terræ sanctæ emisso debet ipse illam secum portare, vid.gl.2.l.fin.titu.8.par tita prima.
Vxor non potest exequi votum etiam pro subsidio terræ sanctæ viro inuito vouere tamen bene potest, vid.ibid.in gl.3.
Vxor votum marito præiudiciale adimplere non tenetur, vid.gl.11.l.7. tit.2.par.4.
Vxor an possit se ipsam obligare per votum castitatis, vel aliud in sui tamen præiudicium, vid.gl.12.l.7.tit.2.par.4.
Vxor & maritus si simul continentiam vouerint obligantur, & obseruare teneretur, vid.ibid.in gl.13.
Vxor si dederit viro licentiam ingrediendi religionẽ an per hoc tacite videatur vouere continentiam & quando, gl.3.l.2.tit.10.par.4.
Vxor & maritus simul si continentiam vouerunt, & postea vnus fornicetur, an alius possit illum repetere, vid.glo.5.quæst.4.d.8.titulo.2.partita quarta.
Si tamen fornicationes sint diuersæ vna, scilicet spiritualis alia carnalis supradicta non procedunt, vid.ibid.
Vxor & vir cõtinentiã vouere possunt nisi illud malitiose fecerint tunc enim occurret tempus, vi.gl.3.l.1.tit.9.par.4.
VXOR INFIDELIS, vel INFIDELIVM.
Vxor infidelis etiam ante latam sententiam potest intrare religionẽ nec ipse postea reuersus illam educet, vid.gl.2.l.13.tit.7.par.1.
Vxor si ad infidelitatem transeat amittit dotem, & qualiter plus puniatur, vi.gl.2.&.3.l.6.per tex.ibi.tit.25.par.7.
Et an vxore reclamante maritus possit à iudice damnari, vt Regi in triremibus deseruiat, vid.gl.4.l.4.tit.31.par.7.
VXOR RELIGIONEM INGREDIENS.
Et vxor post reuocationem mariti de monasterio ipsa religionem intrare non poterit, antea vero sic, vid.gl.5.l.12.tit.7.par.1.
Vxor infidelis etiam ante latam sententiam potest intrare religionẽ nec ipse postea reuersus illam educet, vide glossam secundam.l.13. titul. 7. partita.1.
Vxor si dederit viro licentiam ingrediendi religionem, an per hoc tacitè videatur vouere continentiam, & quando, vid.gl.3.l.2.titulo.10.partita quarta.
Vxor si fuerit religionem ingressa, an statim maritus dotem lucretur ex pacto de dote lucranda inter ipsos facto in principio matrimonij, an vero expectetur eius mors naturalis, vid.glo.6.l.23.tit.11.par.4.
VXOR FACIT ELEEMOSYNAM, & vxor viuẽte marito de quibus rebus possit facere eleemosynam, vid.gl.5.l.12.tit.23.par.1.
VXOR TESTATVR, vel DISPONIT.
Et vxor potest liberè disponere de arris sibi datis est enim ipsius lucrum vid.gl.6.l.7.tit.11.par.4.
Vxor an possit in vita mariti de bonis matrimonio constante acquisitis disponere sola voluntate sua, vid.glo.5.l.1.tit.23.par.1.
Vxor alicuius, an suum seruum hæredem facere possit, vel illum manumittere, & quando non, vide glossas.l.3.per tex.ibi. titulo tertio.partita sexta.
VXOR ACCVSATVR, ACCVSAT, vel AGIT.
Vxor constante matrimonio non potest a marito accusari criminaliter etiam pro magno furto, vid.gl.4.l.5.tit.2.par.3.
Vxor adultera, an possit post viri reconciliationem illum de adulterio accusare, vid.gl.5.l.28.tit.11.par.3.
Vxor potest maritum de adulterio accusare quo ad thori separationem tantum, vid.gl.12.l.2.tit.9.par.4.
Vxor si velit maritum de impotentia accusare qualiter, & sub qua forma illud facere debeat, vid.glo.2.per tex.ibi.l.decimæ.titulo nono.partita quarta.
Vxor potest maritum de adulterio accusare in foro ecclesiæ non in seculari, vide glossam quartam, & quintam.per tex.ibi.l.13.titulo.9.partita quarta.
Vxor qualiter contra maritum aget ad dotis recuperationem si dixerit illum dilapidatorem, & dissipatorem dotis. vid.gl.1.l.29.titulo.11.partita quarta.
Vxor constante matrimonio non potest agere neque aliquid petere ex lucris, vid.gl.2.q.4.l.55.tit.5.partita15.
Vxores an possint accusare occissores maritorum, vide glo.3.l.2.titulo.1. partita.7.
Vxor post eius mortẽ accusatur de morte viri, & bona tunc applicabuntur fisco, vid.gl.4.&.5.l.8.per tex.ibi.tit.1.par.7.
Vxor de supposito partu accusari potest per maritum petpetuo, & an per aliquem alium, vide glossam primam.l.3.per tex.ibi.tit.7.partita septima.
Vxor quæ furtum marito fecit, an ab ipso accusari possit in iudicio, vid. gl.3.&.5.l.4.per tex.ibi.tit.14.par.7.
Et quid si furtum sit in magna quantitate, vid.glo.6.l.17.titul.14.partita septima.
Et qualiter maritus illam recuperabit si illam penes alium inuenerit, vid. gl.7.8.&.9.cum seq.d.l.4.tit.14.par.7.
Vxor an possit maritum criminaliter accusare de adulterio, & quare nõ, & an agat actione iniuriarum aduersus maritum, & an agat ad thori separationem, vide glossam quintam.l.1.per text.ibi.titulo.17.partita septima.
VXOR SEPARATVR, & vxor quæ corrupta cum aliquo matrimonium contraxit si petat matrimonium separari ob viri frigiditatem intra quantum tempus illud petere debeat, & quid in virgine, vid.glo.1. 6.tit.8.par.4.
Vxor a viro propter eius frigiditatem separata si postea ipse aliam carnaliter cognouerit ita quod primum matrimonium renuiscat, an prima vxor petere possit thori separationem propter viri adulterium cum alia factum, vide glossam secundam.l.septimæ.titulo octauo.partita quarta.
Vxor a viro propter adulteriũ separata potest petere matrimonij redintegrationem si probet maritum suum postea fornicasse, & an per iudicis officium, & an dotem quam amisserat propter adulterium recuperet, vid.gl.5.l.8.tit.2.par.4.
Vxor a viro sine authoritate ecclesiæ separari nõ debet, & quid si fornicatio sit notoria, vide glossam sextam.l.secundæ.titulo decimo.partita quarta.
Et an vxor quæ remansit in seculo, & continentiam promisit mortuo viro possit matrimonium contrahere, vid.gl.10.ibidem.
Vxor a viro propter adulterium per sententiam diuortij separata si noluerit postea virum suum repetere qui cum alia fuit fornicatus, an tale matrimonium debeat iudicis officio redintegrari, vide glo.1.6.tit.10.partita quarta.
VXOR TESTIFICAT, & vxor non potest testificare contra maritũ, vid.gl.1.l.15.tit.16.par.3.
VXOR INOPS si remaneat quam partem in bonis mariti habere debeat, & quando, & quibus concurrentibus, & qualiter, & quid in viro vxore præmoriente, vid.gl.1.2.3.&.4.cum alijs ibi.l.7.per tex.ibi. tit. 13.partita.6.
Et quid inter sponsos si ad huc vxor ad domum ducta non sit, vide dictã glossam.2.
Et an condito testamento talis pars vxori vel marito debeatur, vide ibid. in glossa.5.
Et an tunc vxor teneatur victum manibus suis, & industria sua lucrari, vide ibid.in gl.6.d.l.7.tit.13.par.6.
Et an tunc cogatur vxor vendere proprietatem domus, vel alterius rei, vide.d.gl.6.col.2.d.l.7.
Et an amittat istam quartam partem quam habet in bonis mariti si postea efficiatur dives, vid.ibidem.
Vxor si habet patrem diuitem, an possit petere quartã partẽ in bonis sui mariti, vid.ibidem.
Vxor an in omnibus bonis mariti succedat filijs repudiantibus, & quando non, & quid interfit succedere ex testamento, vel ex lege, vid.gl.7. l.7.tit.13.par.6.
Et an vxor vt possit suam quartam partem habere donationes mariti in vita sua factas possit reuocare, vid.gl.8.ibid.
Et an hodie vxor istam quartam partem habere debeat stantibus filijs, & quid si maritus de.5.parte iam disposuit, vid.gl.9.ibid.
Vxor alicuius inops, an ab hæredibus viri alimentari debeat, vid.gl.9.l. 8.tit.13.par.6.
VXOR DENEGAT DEBITVM, vel PETIT.
Vxor an possit denegare debitum marito incestuoso, vide glossam.9.l. 13.tit.2.par.4.
Vxor ad domum viri traducta, an liceat ei debitum petere in diebus feriatis, & in quibus nuptiæ fieri prohibentur, vide glo.7, l.18.titulo.2. partita quarta.
Vxor quæ prius cum vno clandestinè contraxit matrimonium postea cum alio publicè contraxit cum quo commoratur, an sine peccato mortali reddere, & exigere possit ab eo debitum coniugale, & quid si non reddens ponat se in periculo vitæ, vel scandalum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sive peccatum generetur, vid. gl. 1. l. 2. tit. 3. par. 4.
Vxor leruti, ei de debitum petat, & dominus leruti eodem tẽpore aliquid illi mandet quid seruus prius facere debeat, vid. gl. 1. l. 2. titulo quinto. partita. 4.
Vxor an teneatur reddere debitum viro cum alia fornicanti, vid. glo. 7. l. 2. tit. 9. par. 4.
VXOR ARCTA, vel LATA, & vxor alicuius si sit multum arcta, vel ita lata, quod a viro carnaliter cognosci non possit, vel habeat aliud impedimentum ita quod cognosci non possit, an matrimonium dissolutum fiat, vid. gl. 5. l. 2. tit. 8. par. 4.
Vxor alicuius ita a viro cognosci carnaliter non possit quia est virgo, an ipse mediante aliquo actu medicinali possit claustra pudoris sui frangere, & an id ud sit contra naturam factum, vid. glo. 6. l. 2. titulo. 8. partita quarta.
Vxor alicuius si propter eius arctitudinem à primo viro cognosci non potuit, & ab eo separata a secundo viro cognoscatur, an illo dimisso ad primum redire debeat, & quid si ex vsu secundi facta fuit cognoscibilis primo, vid. gl. l. 3. per tex. ibi. tit. 8. par. 4.
VXOR DONAT. & vxor marito non potest constante matrimonio, & an alios contractus facere, & quid si adsit iuramentum, vid. gl. 1. l. 4. titu. 11. par. 4.
Vxor an licitè percipiat, & faciat suos fructus ex re sibi donata per maritum matrimonio constante, & quid si soli fructus donentur, vid. d. gl. 1. dict. l. 4.
Vxor si ex auaritia non cõsumpsit fructus sibi a viro donatos quos si vir habuisset cum sit prodigus iam cõsumpsisset, an virillos ab ea repetere possit, ipse non est effectus pauperior, vid. d. gl. 1. ad fi. d. l. 4.
Vxor debet mitti in possessionem rerum sibi a marito donatarum propter nuptias, vid. gl. 1. l. 7. tit. 11. par. 4.
VXOR RENVNTIANS, & an possit vxor matrimonio constante renuntiare lucris quærendis pro sua parte, & an talis renuntiatio valeat, vid. gl. 3. l. 5. tit. 11. par. 4.
Et an ante matrimonium vxor hanc renuntiationem faciens talis renuntiatio valeat, vid. ibid.
VXOR DOTANS, vel PRO DOTE, & vxor defendens rem quã marito in dotem dedit in iudicio ipso sciente, & non contradicente si condemnetur an illa sententia præiudicet marito, vid. gl. 12. l. 20. ti. 22. partita. 4.
Vxor si soluto matrimonio pretium rei dotalis acceperit quam maritus vendidit cum prius non esset æstimata, an ex hoc alienatio confirmetur gl. 4. l. 7. tit. 11. par. 4.
Vxor si debitum quibi debetur in dotem dederit cuius expensis a marito exigi debeat a debitore. gl. 2. l. 15. tit. 11. par. 4.
Vxor si proprietatem rei marito in dotem dedit cum vsusfructus sit penes alium, & postea fiat vsusfructus consolidatio, an sit ad eius tantum commodum vel mariti, & si debeat tanquam commune lucrum diuidi gl. 5. l. 18. tit. 11. par. 4.
Vxor si marito in dotem dederit gregem pecorum sub isto nomine vniuersali, an ipse in locum demortuorum de postea natis gregem supplere debeat, & an ad hoc teneatur si non sub nomine gregis illa sibi detur sed numeri tantum, scilicet. 10. vid. gl. 2. l. 21. tit. 11. par. 4.
Et quid si non nascantur ex illis, an maritus teneatur supplere de alijs, & quando, vid. ibid. in gl. 4.
Vxor an marito petente teneatur cauere de euictione rei dotalis, vi. gl. 1. l. 22. tit. 11. par. 4.
Vxor a qua fuit euicta dos quam marito dedit per iudicis sententiam, an iterum se dotare teneatur si habeat multa bona parafernalia, & hac de causa maritus illam alere non vult, vid. gl. 5. l. 21. tit. 11. par. 4.
Vxor propter adulterium amittit dotem, & quid si pater vel alius qui dotem dedit fuit stipulatus sibi reddi soluto matrimonio, vid. gl. 1. l. 23. titu. 11. par. 4.
Et an maritus tunc teneatur ad onera hæreditaria, vid. ibidem.
Vxor si fuerit religionem ingressa, an statim maritus dotem lucretur ex pacto de dote lucrãda in ipso facto in principio matrimonii, an vero expectetur eius mors naturalis. gl. 6. l. 23. tit. 11. par. 4.
Vxor qualiter contra maritum aget ad dotis recuperationem si dixerit illum dilapidatorem, & dissipatorem dotis. gl. 1. l. 29. tit. 11. par. 4.
Vxor an teneatur recipere idoneam cautionem quam sibi dat maritus de non dilapidando dotem. vid. gl. 4. d. l. 29.
Vxor an possit dotem a marito exigere si ipse ad inopiam peruenerit tamen non sui culpa, vid. gl. 6. l. 29. tit. 11. par. 4.
Quod procedit etiam si maritus esset pauper tempore contractus matrimonij, vid. ibid.
Et intra quantum tempus vxori sit redenda dos matrimonio soluto, & an interim a marito alenda sit, vid. gl. 2. & 3. l. 31. tit. 11. par. 4.
Et quid si vxori per maritum fuerit dos legata, an tunc hæredes habeant annum ad restituendum dotem, vid. d. gl. 3.
Et an idem sit dicendum in fructibus rerum mobilium qui post annum debent restitui, & quid de ipsorum pretio, vid. d. gl. 3. ad fin.
Et an cum pretium istorum fructuum restituitur debeant computari alimenta sibi præstita annali dilatione pendenti, vid. ibi. in fin.
Vxor debet statim donationem propter nuptias restituere si statim ei restituatur dos non expectata aliqua dilatione, vi. gl. 4. d. l. 31. ti. 11. par. 4.
Vxor potest alienare dotem suam inuitis filijs quia ipsa viuente filij in illa quicquam non habent, vid. ibi. gl. 7.
Vxor an possit retinere bona mariti sui pro dote, vid. glo. 4. ad medium. l. 9. tit. 2. par. 5.
Vxor an in dote sua præferatur creditoribus qui ob emendam, vel reficiẽdam rem pecuniam suam dederunt, & quando, vi. gl. 1. l. 28. ti. 13. part. 5.
Vxor soluto matrimonio non repetit dotem in vno casu, & an tunc dos cedat lucro mariti, vel applicetur fisco, vid. gl. 1. l. 50. tit. 14. par. 5.
Et quid si ambo sciebant impedimentum, & quid si adhuc carnalis copula non fuit sequuta, vid. gl. l. 51. tit. 14. par. 5.
Et an dos vel lucra vxoris veniant confiscanda propter viri sui proditionem, & quando, gl. 3. l. 2. per tex. ibi. tit. 2. par. 7.
VXOR ALIENAT, & vxor potest alienare dotem suam inuitis filijs quia ipsa viuente filij in illa quicquã nõ habent, vi. gl. 7. l. 31. ti. 11. par. 4.
VXORATA si sit inhonestæ vitæ, an possit re, & verbo personaliter ad iudicem citari, vid. gl. 2. l. 3. tit. 7. par. 3.
Vxorata si sit tutrix, an ex debitis inde contractis personaliter capi possit. vid. gl. 3. d. l. 3. tit. 7. par. 3.
VXORATVS qui se, & sua dedit monasterio si per vxorem reuocetur, an illi debeant bona quæ dedit restitui, vid. gl. 1. l. 11. tit. 7. par. 1.
Vxoratus an possit de licentia vxoris intrare religionẽ, & qualiter istud fieri debeat, & quid si velit esse Episcopus, vide glossam. 1. l. 2. titulo. 10. partita. 4.
Inuita tamen vxore illud facere non poterit neque valebit licẽtia sibi per metum data, vid. ibid. in gl. 2.
Et an qui remansit in seculo qui continentiam vouit mortuo alio possit matrimonium contrahere, vid. ibid. in glo. 10.
Vxoratus si propriam seruam cognouerit, an talis coitus sit punibilis, vi. gl. 5. l. 1. tit. 14. in par. 4.

Laus Deo, honor & gloria, & cum his remanet finitum hoc nostrum copiosissimum Repertorium, latine compositum.

SALMANTICAE,

In ædibus Dominici à Portonarijs de Vrsinis, Sacræ Catholicæ Maiestatis Typôgraphi.

1577

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca